

**VISITA PASTORALE ALLA DIOCESI
DI VERONA**

DI GIOVANNI BRAGADINO

Vescovo di Verona

REGISTRO LIX – ALBARE'-AVIO-BRENTONICO 1737



1737

PRIMA VISITATIO ECCLESiarUM VERONENSIS DIAECESIS
ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI DOMINI DOMINI
IOANNIS BRAGADENI
EPISCOPI VERONENSIS COMITIS
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PAPAE
PRAELATI DOMESTICI ET CETERA ASSISTENTIS
LIBER TERTIUS
LIX

Bernardo Ronchi cancellario

[A margine] Albareti, Avii et Brentonici

Scala per la visita 25 maggio 1737

- Da Verona a Ponton, miglia 14 – oratori 2 – sabato sera 25 maggio, domenica 26, lunedì 27 partenza
 - Volargne, miglia 2 – oratori 2 – lunedì 27 mattina
 - Dolcè, miglia 3 – oratori 0 – martedì 28 sera, mercoledì 29 detto
 - Peri, miglia 4 – oratori 0 – giovedì mattina 30 detto, venerdì 31 detto mattina
 - Ossenigo, miglia 2 – oratori 1 – venerdì 31 sera, sabato 1 giugno
 - Borghetto, miglia 2 – oratori 0 – domenica 2 giugno mattina, lunedì 2 mattina
 - Pilcante, miglia 3 – oratori 1 – lunedì sera 3 detto, martedì 4 detto
 - Brentonico, miglia 5 – oratori 8 – mercoledì 5 detto mattina
 - * Cornè sotto Brentonico – domenica 9 detto, da monsignor vicario
 - Prada sotto Brentonico – lunedì 10 detto, da monsignor vicario * da giovedì 6 a martedì 11 giugno
 - Avio, miglia 8 – oratori 8 – mercoledì 12 detto mattina, lunedì 17 detto
 - Beluno, miglia 3 – oratori 1 – martedì 18 mattina, mercoledì 19 mattina
 - Rivalta, miglia 4 – oratori 1 – mercoledì 19 sera, giovedì 20 detto
 - Brentino, miglia 1 – oratori 1 – venerdì 21 mattina, sabato 22 mattina
 - Pescantina, miglia 8 – oratori 4 – sabato 22 mattina, sabato 22 sera, domenica 23, lunedì 24, martedì 25 mattina
- Ritorno in Verona la sera 25 detto.

Indice delle Parrocchiali

- A** – Albareto Santa Maria, carte 3 – Avio Santi Maria, Rocco e Sebastiano, c. 119
- B** – Borghetto San Biasio, 53^v – Brentonico Santi Pietro e Paolo, 69 – Belluno San Giovanni Battista, 144 – Brentino San Vigilio, 155
- C** – Cornè San Matteo Apostolo, 89
- D** – Dolcè Santa Lucia, 36^v
- O** – Ossenigo – Dedicatione della beata Vergine della Neve, 45^v
- P** – Ponton Santi Pietro, Paolo e Maria Maddalena, 24 – Peri, Santi Filippo e Giacomo, 42 – Pilcante San Martino, 58 – Prada Santa Maria Maddalena, 98 – Pescantina San Lorenzo, 163
- R** – Rivalta San Giacomo Apostolo, 150
- V** – Volargne San Martino, 28^v

Indice degli Oratori

- A** – Sant’Arcangelo Raffaele sotto Albaretto, 6^v – Sant’Antonio sotto Albaretto, 14^v – Sant’Andrea sotto Ossenigo, 50 – Sant’Antonio sotto Brentonico, 67^v – Sant’Antonio Abbate sotto Avio, 120 – Sant’Antonio di Padova sotto Avio, 132 – Sant’Andrea sotto Belluno, 149^v
- B** – Beata Vergine Maria delle Prevesine sotto Albaretto, c. 7^v – Beata Vergine Maria Annunciata sotto Albaretto, 8^v – Beata Vergine Maria della Neve o San Francesco sotto Albaretto, 9 – Beata Vergine Maria del Rosario sotto Albaretto, 15 – Beata Vergine Maria della Neve della Chiusa sotto Volarge, 34 – Beata Vergine Maria del Frassine in Cazzan sotto Brentonico, 88 – San Bernardino sotto Avio, 122^v – Beata Vergine Maria sotto Avio, 131 – Beata Vergine Maria della Cereale sotto Brentino, 161 – Beata Vergine Maria Addolorata sotto Pescantina, 166 – Beata Vergine Maria dell’Ospedaletto sotto Pescantina, 167
- C** – Santa Cattarina sotto Albaretto, 7 – Santa Croce sotto Volargne, 31^v – Santa Cattarina sotto Brentonico, 82 – San Carlo delle Sorne sotto Brentonico, 96 – San Carlo sotto Avio, 120^v
- F** – Santi Filippo e Giacomo sotto Brentonico, 72
- L** – Santa Lucia sotto Albaretto, 9 – Santa Lucia sotto Pilcante, 67 – Santa Lucia di Pol sotto Pescantina, 168
- M** – Santa Maria Maddalena sotto Ponton – Monte di Pietà di Brentonico, 80 – San Michel d’Arcè sotto Pescantina, 168^v
- N** – San Nicola del Cerain sotto Volargne, 35
- P** – Santi Pietro e Paolo sotto Albaretto, 12^v
- R** – San Rocco sotto Brentonico, 81 – San Remedio di Fontechel sotto Brentonico, 109 – San Rocco sotto Avio, 132^v – San Rocco sotto Pescantina, 165^t
- S** – Santissimo Sacramento sotto Pilcante, 61 – Santissimo Sacramento sotto Avio, 133
- V** – San Valentino di Saccon sotto Brentonico, 97 – San Vigilio sotto Avio, 122
- Z** – San Zeno di Crusano sotto Brentonico, 82^v

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo septingentesimo trigesimo septimo, indictione decima quinta, die vero sabbathi vigesimo septimo mensis aprilis, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis divina providentia papae duodecimi, anno eius septimo. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus Ioannes Bragadenus, Dei et sanctae sedis apostolicae gratia episcopus veronensis, comes et cetera, praelatus domesticus et pontificio solio assistens et cetera, supplicationibus admodum reverendi domini Michaelis Sasselli, iuris utriusque doctoris et archipresbyteri Sanctae Mariae Albaretti veronensis diaecesis, humiliter mensibus elapsis porrectis pro benedictione suae parochialis, nuper a fundamentis erectae, favorabiliter annuendo, non solum crastinam diem pro benedictione ipsa statuit, verum etiam suam pastorem visitationem subinde peragere decrevit. Itaque, legitime intimata visitatione et praemissis duobus admodum reverendis patribus missionariis ordinis cappuccinorum, videlicet Iosepho Maria a Verona et Foelice Maria a Caprino, qui per aliquos dies praecedendo divini verbi praedicatione aliisque [1^v] missionis muneribus ad instructionem et edificationem populi verbo et exemplo fungerentur, hodierna die a prandio, una cum eius illustrissimo domino vicario generali, me procancellario et caeremoniarum magistro, propria rheda sex ducta equis assensa, eius comitante familia, usque ad portum Sancti Pangrati iter fecit. Ibi, dimissa rheda, in cymbam descendit cum sua familia, clangentibus tubis usque ad locum Albareti iter prosecutus est. In itinere ab admodum reverendo archipresbytero Iebeti cum suo clero et multo eius populo ad ripam affluente, tormentorum bellicorum frequenti explosione, honorifice salutatur; quos ex cymba praesul paterne benedixit. Ad portum Albareti aporinquans, frequenti explosione et campanarum sonitu salutatur et obsequentissime ab admodum reverendo archipresbytero, a rusticana centuria militari ordine disposita, clero processionaliter ac populo accurrente recipitur; quibus praecedentibus inter applausos puerorum, ad aedes parochiales processionaliter ductus fuit ibique suam mansionem fecit, coenam sumpsit et pernoctavit. [2] [A margine: Benedizione della parochia di Albareto] Die dominico 28 aprilis 1737 illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus veronensis, comes et cetera, statuta pro hac die benedictione novae ecclesiae parochialis, mane omnibus dispositis, processionaliter praecedente militia et clero, sub baldachino receptus a sex gestato scelectis viris, ad dictam ecclesiam progressus est. Ante ianuam maiorem sistens, aquam benedixit et iuxta rituale romanum alternatim decantante clero psalmum *Miserere*, circumdans ecclesiam exterius parietes et fundamenta ecclesiae cum aqua benedicta aspersit; deinde recitata oratione, inservientibus in dalmaticis admodum reverendo domino Donato Antonio Brasavola archipresbytero Sancti Laurentii Veronae et admodum reverendo domino Antonio Garzetta archipresbytero Sancti Bonifacii vicentinae diaecesis processionaliter ecclesiam intrantes, ad altare maius processi sunt et decantarunt litanias et ... omnibus fidelibus et cetera. Praesul surrexit et benedixit ecclesiam et altare in honorem sanctissimi Nominis Mariae; completis litanis, aspersit interius parietes in parte superiori et inferiori, inchoans aspersionem [2^v] a parte evangelii, decantante interim clero psalmos ut in rituali romano. Facta benedictione, in faldistorio genuflexus praeparationem fecit pro missa, missam celebravit, gratias egit et, in throno sedens contra pulpitem erecto, orationem a reverendo domino archipresbytero recitatam ad ipsammet benedictionem spectantem audivit. Deinde in aedes parochiales se recepit et prandium sumpsit. Die dominico a prandio 28 aprilis 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, sub umbella receptus se contulit, praecedente militia, ad oratorium Sanctorum Petri et Pauli confraternitatis disciplinatorum, quod inservit – hoc interim raedificationis novae ecclesiae parochialis – pro usu parochialis. Quo perventus, ante altare maius oravit et se recepit in sacristiam, ubi pontificalibus indutus fuit et interim, omnibus dispositis pro processione, scilicet vexillo, pueris, puellis, mulieribus, confraternitate disciplinatorum, clero et diaconibus dalmaticis indutis, sacramentalia et sacramenta deferentibus inter intortitia, lanterna [3] maiori, pastoralis et mitra, archipresbytero cum stola ac duobus turibulis huiusmodi ordine procedentibus, praesul inter manus sacramento recepto sub baldachino, subsequente populo processionaliter ad novam ecclesiam parochialem via plateae et portus progressus est, decantante clero hymnum *Pange Lingua gloriosis*. Ingressa ecclesia et super altare Sacramento reposito, illud adoravit et thurificavit solito ritu et populo benedixit. Absoluta benedictione, in aedes parochiales se recepit et incoenatus pernoctavit. [A margine: visita di Albareto] Die lunae 29 mensis apriis 1737. Statuta hac die visitatione huiusmodi parochialis omnibusque dispositis, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, praecedente populo et clero, ac militia, sub baldachino a sex selectis viris gestato receptus, in ingressu domus parochialis super strato tapete et pulvinari genuflexus, crucem sibi a reverendo archipresbytero pluviali induto oblatam deosculatus est et processionaliter ad ecclesiam parochialem progressus est. Ad ianuam maiorem [3^v] aqua benedicta populum aspersit, aspersione accepto a reverendo archipresbytero, a quo thurificationis honorem recepit et solemniter templum ingressus est. Preces super genuflexorio ante altare maius Altissimo fudit et, decantatis decantandis, altare ascendit, illud in medio

deosculatus est et populo benedixit ac suam episcopalem indulgentiam elargitus est. Pontificalibus deinde violacei coloris indutus, inservientibus admodum reverendo domino Donato Antonio Brasavolea, archipresbytero Sancti Laurentii Veronae et reverendo domino Ioanne Antonio Turco, rectore Blondarum et Zerpae in dalmaticis, oravit pro defunctis in ecclesia et coemeterio ante ecclesiam existente. Sumptis postea apparamentis albis, praemissa adoratione, hymno et thurificatione, visitavit Eucharistiae sacramentum, ad altare maius marmoreum in tabernaculo item marmoreo et pixide argentea intus inaurata decenter tentum et sub sera et clavi tute custoditum. Temporibus debitis renovatur; cum ad infirmos defertur [4] omnia habentur opportuna et necessaria, scilicet baldachinum, umbella, fanalia quatuor ultra maius, amigdala, tronus et reliqua ad hunc usum, decenter associatur, populus invitatur et indulgentiae associantibus concessae publicantur. In Pascate confessis et communicatis distribuuntur schedae et nullus – Deo dante – habetur inconfessus. Numerantur sub hac parochia animae a communione 1200, in totum vero 1800 circiter. Haec ecclesia moderna forma a fundamentis erecta brevi temporis, scilicet unius anni circiter, spatio piorum eleemosynis, in primis vero eius archipresbyteri summa cura et sollicitudine, heri solemniter sub nomine Beatae Mariae Virginis benedicta fuit, tribus ex utraque parte et maiori, septem scilicet altaribus, in totum constat; est lata pedibus 45; 90 longa usque ad altare maius et 45 alta. Per tres ianuas ingreditur et exteriori in facie stemate illustrissimi et reverendissimi domini domini Ioannis Bragadeni episcopi veronensis, comitis et cetera ac sequenti inscriptione decoratur, videlicet: [4^v] Deo Optimo Maximo / Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domini Bragadeno / sedente Veronae Episcopo / Piorum stipe / Hocce Templum a fundamentis erectum / Uno Domini anno MDCCXXXVI. Ecclesia vetus perantiqua, de licentia episcopali diei 4 augusti 1735, ad instantiam reverendi archipresbyteri destructa fuit pro raedificanda nova, qua occasione in mensa altaris sub invocatione sancti Petri martyris civis veronensis, repertum fuit hoc instrumentum in capsula plumbea, scilicet: “MCCCCLXXXI Die septimo mensis iunii ego Antonius Zio episcopus colomonensis nec non reverendissimi domini Ioannis Michael Episcopi veronensis sufraganeus, ac locum tenens consecravit ecclesiam et altare hoc in honorem sanctorum Rochi et Sebastiani et reliquias beatorum Martini, Innocentium, sancti Christofori et sanctae Sabinae martiris in eodem inclusas; singulis christifidelibus in anniversario consecrationis huiusmodi visitantibus quadraginta dies de [5] vera indulgentia in forma ecclesiae consueta concedens”. In altera vero mensa altaris maioris in capsula latea aliud instrumentum, scilicet: “MCCCCLXII die iovis XXVII maii in die Ascensionis Domini nostri Iesu Christi fuit consecratum hoc altare et Deo dedicata haec ecclesia per me Matheum episcopum treopolitanum, tunc locum tenentem reverendissimi domini episcopi veronensis; cui altari et ecclesiae dedi de indulgentia annum unum et dies LX. Pax Christi sit vobiscum. Amen”. Piae consuetudines translatae sunt in novam ecclesiam, in qua expositio prosequitur Venerabilis qualibet dominica mensium, erogante societate sanctissimi Sacramenti duodecim cereos et quatuor intortitia; caeterum de lampade et cereis caeterisque necessariis providet reverendus archipresbyter. Quae societas, cum non constet quod canonice sit erecta, nullo extante documento, canonice erigatur, ut lucrari possit indulgentias tam pio operi concessas. Habetur suggestum novum, in quo concionatur tempore [5^v] Quadragesimae a concionatore misso ab illustrissimo et reverendissimo domino domino veronensi, cum annexa concione Tumbae Sosanae. Quibus absolutis, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus missam celebravit et in aedes parochiales se recepit ac prandium sumpsit. Die antedicta 29 aprilis 1737 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus veronensis, comes et cetera, assistentibus, indutis dalmaticis, admodum reverendo archipresbytero Sancti Laurentii Veronae et reverendo rectore Blondarum et Zerpae praedictis omnibusque dispositis, pontificalibus indutus, Confirmationis sacramentum confluenti utriusque sexus populo administravit et, properata iam hora, ad aedes parochiales reversus est et incoenatus pernoctavit. Die martis 30 mensis aprilis 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, sub baldachino receptus, praecedente militia et tubis, ad ecclesiam parochialem progressus est. Ante altare maius genuflexus, se praeparavit pro sacrificio missae; celebravit missam. Deinde assistentibus dalmaticis indutis antedictis reverendis archipresbytero Sancti Laurentii Veronae et rectore [6] Blondarum et Zerpae, sacram sinaxim quamplurimis christifidelibus propriis manibus paterna caritate erogavit. Actis deinde gratiis, ad suam mansionem reversus est et prandium sumpsit. Die suprascripta 30 aprilis 1737 post prandium. Confluentem utriusque sexus a finitimis locis populo pro sacramento Confirmationis, illustrissimus et reverendissimus praesul, solita sua clementia supplicantium votis annuendo, ad ecclesiam petiit et, assistentibus dalmaticis indutis parochis antedictis, plurimos utriusque sexus fideles sacro Chrismate in fronte ungendo confirmavit. Subinde aliquantulum defatigatus, ad domum parochialem reversus est, quieti se tradidit et incoenatus pernoctavit. Mane eiusdem diei 30 aprilis [data errata, forse 1° maggio] 1737. Illustrissimus dominus comes Ioannes Petrus Porta iuris utriusque doctor, archidiaconus cathedralis et vicarius generalis, visitaturus oratoria sub hac parochia Albareti existentia, rhedam ascendit et visitavit: [6^v] [a margine: Santo Arcangelo Raffaele] publicum oratorium campestre in contrata Motae infra limites Albareti, sub invocatione Sancti Arcangeli

Raphaelis, de ratione nobilium dominorum Caroli et Ioannis de Pindemontibus, a quibus de omnibus manuteneretur. Unicum habetur altare marmoreum usque ad mensam, in reliquis ligneum cum portatili et icone rapresentante beatam Mariam Virginem, arcangelum Raffaelem et puerum Tobiam; extat onus missarum, scilicet quibuscumque diebus festivis et semel in qualibet hebdomada, ex legato cuiusdam de Castello – ut assertum fuit – pervento in familiam nobilium dominorum comitum de Veritate et modo nobilium dominorum de Pindemontibus praedictorum. Celebratur per reverendum dominum Bartholomaeum Blanchinum, sacerdotem Abbatiae Vangaditiae, cum suis dimissorialibus, aetatis annorum 75. Retro altare armario custodita vidit paramenta et vasa sacra pro sacrificio missae, bene tenta, de quibus sufficienter est provisum. Extat domus pro reverendo cappellano officiatorum praedictae, quam reverendus dominus Bartholomaeus antedictus inhabitat. Fertur in hoc oratorio humata fuisse cadavera supradictae [7] familiae, licet nulli lapides sepulcrales appareant. Ordinata. Sarciatur missale romanum et provideatur de missis novissimis quibus caret. [A margine: Santa Cattarina] Successive visitavit ecclesiam campestrum seu publicum oratorium sub invocatione Sanctae Cattarinae martyris in contrata Ripaltae, infra limites Albareti, de ratione nobilium dominorum Angeli Zusto et Francisci Capello patriciorum venetorum, qui de omnibus illud manutenerent. Unico constat altari cum icone perantiquo et portatili; est ex muro et ligno constructum et in eo celebratur ter in hebdomada et singulis diebus festis, ex legato quondam nobilium de Maripetro patriciorum venetorum, cuius officiatorum est caappellanus reverendus dominus Paulus Santini luchensis aetatis annorum 75 circiter et percipit stipem ducatorum sexaginta in anno a praedictis nobilibus ac inhabitat domum eiusdem officiatorum. In choro retro altare visitavit vasa sacra et sacras [7'] suppellectiles pro sacro faciendo, in armario ligneo custodita, de quibus est suficienter provisum. Ordinata. Provideatur missale defunctorum – missale romanum sarciatur et provideatur de missis novissimis – provideantur saltem quatuor palmae ex floribus fictis ad ornatum altaris – parietes intus et foris ubi indigent sarciantur. [A margine: Beata Vergine Maria delle Prevesine] Successive visitavit oratorium sub invocatione Beatae Mariae Virginis vulgo Miraculorum, in contrata Pressinae seu Previsinae, infra limites Albareti, de iure nobilium dominorum Francisci Cappello et Angeli Zusto patriciorum venetorum, successorum nobilis familiae patritiae de Maripetro, a quibus de omnibus manuteneretur. Unicum habetur altare cum portatili et icone; est in medio imago depicta beatae Mariae Virginis, lucido crystallo cooperta ac decenter custodita, cui multa est populi devotio et plurimae piorum fidelium pendent oblationes. [8] Ad hoc altare ex muro et ligno elaboratum ac optime provisum et tentum, celebrat reverendus dominus Dominicus Gropella, sacerdos de Arculis vicentinae diaecesis aetatis annorum 41 singulis diebus festis et ter in hebdomada, ex legato quondam nobilis domini Iacobi Maripetro patritii veneti quoad missam sabbathi et ex legato seu ex devotione praedictorum nobilium dominorum quoad reliquas missas pro qua celebratione inhabitat domum contiguam ad usum celebrantis et percipit ducatos sexaginta in anno. Christifideles huc accedentes die Visitationis beatae Mariae Virginis luantur indulgentiam plenariam, ex brevi apostolico die 12 iunii 1736 ad septennium concessa. Retro altare visitavit sacristiam et in ea vasa sacra ac sacras suppellectiles coeteraque neccessaria pro celebratione missae, in armario ligneo decenter custodita; vidit lampadem argenteam. Extat campanile cum tribus campanis; vidit duos lapides sepulcrales, sub quibus iacent [8'] corpora nobilium Iacobi et Marini Malipetri patriciorum venetorum. Vidit confessionale, de licentia admodum reverendi archipresbyteri ibi existens pro excipiendis sacramentalibus confessionibus die solemnitatis Visitationis beatae Mariae Virginis. Per tres ianuas ingreditur in idem oratorium, quarum altera principalis et duae laterales, omnes in publicam viam respicientes. Cum hoc oratorium sit decore tentum, nihil ordinandum invenit. [A margine: Beata Vergine Maria Annunciata] Vidit publicum oratorium iam sub invocatione Annunciationis beatae Mariae Virginis dirutum et destitutum, in contrata *della Carotta*, infra limites parochialis Albareti erectum – ut fertur – a nobilibus viris Semiteculi patriciis venetis, modo de ratione nobilium virorum Gradonico patriciorum venetorum. Extant solae parietes ideoque est suspensum et in suspensione remaneat donec ad debitum cultum cum debitis licentiis reducat et de omnibus neccessariis sit provisum. Visitavit publicum oratorium sub titulo Beatae Virginis Mariae ad [9] Nives seu Sancti Francisci, in contrata *del Casier* [a margine: Beata Vergine Maria della Neve o San Francesco] infra limites Albareti, de ratione nobilis viri Theodori Corerii patricii veneti, a quo de omnibus manuteneretur. Unicum extat altare, ex muro et ligno compactum cum portatili; ibi celebratur aliquando ex devotione et prout praefato nobili viro libet, nullo extante missarum onere. Vidit sacristiam retro altare, ubi servantur sacrae suppellectiles pro celebratione missae, de quibus est satis et bene provisum. Sacristia vero, prout ecclesia, indiget reparatione. Ordinata. Reparetur ecclesia laudabiliter ubi indiget – icon nimis indecens renovetur – sarciatur tectum sacristiae laudabili in forma – erigatur crux ferrea in culmine tecti ecclesiae. [A margine: Santa Lucia] Visitavit publicum oratorium sub invocatione Sanctae Luciae martyris, in contrata *di Ca' del Sette*, infra limites Albaretti, de ratione nobilis domini Iacobi Cavani civis Venetiarum, a quo illud de omnibus honorifice manuteneretur [9'] et quinque in eo sunt altaria, scilicet: altare maius, sanctae Luciae dicatum, eleganter ex marmoribus elaboratum et optime provisum, cum portatili;

extant in medio statua sanctae Luciae et a lateribus duo cherubin ex marmore sculpti. Ibi vidit quoque capsam ligneam crystallo anteriori in parte munitam, in qua ossa custodiuntur sancti Fortunati martyris, sanctae Floris virginis et martyris, sanctae Iuliae martyris, sancti Pontiani martyris, sancti Honorii martyris et sancti Vitalis martyris, quae sacrae reliquiae munitae sunt sigillo episcopali illustrissimi et reverendissimi domini domini Marci Gradonici ac pubblico documento cancellariae episcopalis Veronae anni 1717. Duo alia inspexit reliquiaria lignea formae ovatae, in quorum uno servantur sacrae reliquiae, scilicet: sanctae Iustae martyris, sancti Columbi martyris, sancti Iustini martyris, sancti Pii martyris, sancti Illuminati martyris, sancti Desiderii martyris, sanctae Severae martyris, sancti Magni martyris, sancti Candidi martyris et in altero tres aliae, quorum nomina ignorantur ob vetustatem et ex quo ob fractionem crystallo sint breviter deperditae; quas tamen sacras reliquias sine sigillis et sine documentis invenit, ideo in privata veneratione reliquit. Ad hoc altare [10] celebratur quolibet die dominico totius anni et qualibet feria quinta per infrascriptum cappellanum. Altare sanctissimae Conceptionis beatae Mariae Virginis, ex muro et ligno elaboratum cum portatili, optime provisum; hic est erecta societas confratrum et consoriorum sub titulo eiusdem sanctissimae Conceptionis beatae Mariae Virginis, pro quibus confratribus et consorioribus defunctis altare hoc est privilegiatum in die commemorationis omnium defunctorum, diebus infra octavam et qualibet feria secunda cuiuslibet hebdomadae, prout ex brevi apostolico dato ad septennium Romae die 17 augusti 1733; celebratur in hoc altare feria secunda cuiuslibet hebdomadae. Altare sancti Caietani, ex marmoribus eleganter constructum, optime ornatum ac provisum cum portatili, in quo celebratur feria quarta cuiuslibet hebdomadae. Ibi vidit capsam ligneam auro linitam cum crystallo anteriori in parte et tribus sigillis munitam illustrissimi et reverendissimi domini domini Marci Gradonici episcopi veronensis, in quo sunt clausae sacrae reliquiae, scilicet ossa sanctae Perpetuae martyris [10'] et sancti Severiani martyris. Duo alia reliquiaria lignea auro linita sine sigillis, in quorum uno extat reliquia sancti Valentini martyris et in altero reliquia sancti Innocentii martyris: in sua veneratione reliquit. Altare beatae Mariae Virginis Lauretanae, ex marmoribus elegantissime aedificatum et optime provisum cum portatili; in eius medio surgit statua beatae Mariae Virginis Lauretanae et a lateribus alia sancti Ioseph et alia sancti Antonii patavini, omnes ex marmore excisae. Vidit sacras reliquias, scilicet ex ossibus sancti Marii martyris, sancti Romuli martyris, sancti Flaviani martyris, sancti Genesii martyris et sancti Tranquilini martyris, in capsula lignea auro linita et crystallo munita ac tribus sigillis illustrissimi et reverendissimi domini domini Marci Gradonici episcopi veronensis obsignata. In hoc altari celebratur qualibet feria tertia cuiuslibet hebdomadae. Altare sanctissimi Crucifixi ligneum cum portatili et icona, quae representat Iesum Christum crucifixum in medio; a dexteris sanctum Franciscum et a sinistris sanctum Carolum Borromaeum; est honorifice provisum et in eo celebratur qualibet sexta feria cuiuslibet hebdomadae. [11] Cappellanus huius oratorii, qui residet in domo contigua, hortum habente et celebrat missas praefatas, est reverendus dominus Antonius Barcato, cum stipe ducatorum centum viginti quinque, a praefato nobili domino Cavanis erogatorum. Ultra missas antedictas, ex devotione – ut fertur – celebrantur missae sex die festo beatae Mariae Virginis Lauretanae, aliae sex die festo sancti Caroli et sex die festo sancti Francisci assisiensis, ex legato. Dies vero festus sanctae Luciae titularis colitur honorifice cum missa cantata, oratione panegirica et expositione, admodum reverendo archipresbytero interessente vel de eius licentia. Vidit sacristiam retro altare maius ibique sacras suppellectiles et vasa sacra, in armario servatas et de omnibus honorifice et abunde tam ad ornatum quam ad sacrum faciendum bene provisum invenit. Extat campanile cum duabus campanis. Duos vidit lapides sepulcrales, sub quibus humata sunt corpora quondam Iacobi et quondam Pauli de Cavanis. [11'] Habetur indulgentia plenaria die festo sanctae Luciae pro visitantibus, prout ex brevi apostolico sub datum Romae die 17 augusti 1733 ad septennium. Nihil ordinandum invenit, sed omnia bene ac laudabiliter parata et tenta ex commendabili devotione et pietate patroni. Die mercurii prima maii 1737. Illustrissimus et reverendissimus praesul in ecclesiam descendit et, praemissa praeparatione, sacrosanctum missae sacrificium celebravit et aliquibus christifidelibus eucharisticum Panem erogavit. Missam quoque unius ex suis cappellanis audivit actisque Deo optimo maximo gratias, ad aedes parochiales reversus est et prandium sumpsit. Die antedicto primo maii 1737 a prandio. Convocato populo per consueta signa, illustrissimus et reverendissimus praesul ad dictam ecclesiam Sanctae Mariae Albareti venit, honorifice illam ingressus ante altare maius preces effudit et subinde sancto et salubri doctrinae christianae operi ac paterna caritate suoque pastoralis zelo quomodo hoc opus excolatur, qualis sit frequentia, [12] quae regulae, quomodo edoctus populus diligenter perquisivit illudque iuxta regulas coli et frequentari nec non populum per varias et multas interrogationes circa maxime necessaria ad salutem bene instructum, cum animi sui gaudio, invenit. Hoc opus vero tam sanctum et tam necessarium plurimum omnibus in Domino commendavit et ad parochiales aedes se restituit ac incoenatus pernoctavit. Die iovis 2 mensis maii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus ad parochialem ecclesiam perexit ibique audita missa emissaque pia praeparatione, sacrosanctum missae sacrificium absolvit et aliquot fideles eucharistico Pane refecit actisque Deo optimo

maximo gratiis, in aedes parochiales se recepit et prandium sumpsit. Illustrissimus vero dominus vicarius de obstetricibus examen habuit et sub hac parochia quinque numerantur, scilicet: Clara Spessi annorum 83 circiter, [12^v] Francisca Spessi annorum 46 circiter, Paula Evengelista annorum 76 circiter, Dominica Turco annorum 68 circiter et Francisca Filippini annorum 70 circiter; quarum aliquas per examen expertus est et bene instructas invenit, caeteras absentes vel ob aetatem vel ob distantiam esse bene versatas et maxime de baptismo conferendo in casu neccessitatis edoctas admodum reverendo archipresbytero testatus est. Die antedicta 2 maii 1737 a prandio. Illustrissimus et reverendissimus dominus antistes pluribus utriusque sexus christifidelibus humiliter petentibus Confirmationis sacramentum administravit. Illustrissimus autem dominus vicarius hoc interim ad oratoria infrascripta visitanda se contulit [a margine: Santi Pietro e Paolo] et visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium Sanctorum Petri et Pauli confraternitatis disciplinatorum prope plateam et infra limites Albareti, quod constat tribus altaribus et manutenetur a dicta confraternitate disciplinatorum ibi erecta, cuius confratres in [13] praesens ad numerum 36 reguntur iuxta regulas divi Caroli induuntque cappas rudes seu saccum albi coloris et conveniunt in choro superiori diebus festivis ad recitandum officium beatae Mariae Virginis aliasque pias preces. Tria dicta altaria sunt: altare maius sanctis Petro et Paulo dicatum, ex marmore confectum cum portatili et icone; ex devotione confratrum celebrare faciunt missam diebus festis et modo cappellanus est reverendus dominus Carolus Zuchermalio de Caprino, incola ad praesens Albareti. Haec societas habet nonnullos redditus et onera, scilicet: quolibet anno missarum sex pro quondam Cattarina Rizzarda, missas octo pro quondam Lucretia Bindella, officium missarum decem prima sexta feria martii pro quondam Camilla Cavagna, alterum officium missarum decem secunda sexta feria martii pro quondam Fortnato de Zeni filio dictae Camillae, missas decem pro quondam Ioseph Barin, missas quatuor festo Sanctissimae Trinitatis et quatuor die sancti Erasmi 2 iunii, ut in pollicea domini archipresbyteri, qui ibi asserit hanc societatem ortum habuisse anno circiter [13^v] 1500. Oratorium vero erectum fuisse partim ex piorum eleaemosynis et partim ex materialibus de ratione parochialis ecclesiae idque ex authenticis cartis collegisse. Verum, ex visitatione illustrissimi et reverendissimi Barbadici diei 7 octobris 1704 habita, constat eandem societatem institutam fuisse anno 1650, servatis servandis. Altare Annunciationis beatae Mariae Virginis ligneum cum icone et portatili, alias de ratione familiae Girelli, ut patet ex hac inscriptione in calce iconis existente, scilicet in haec verba: “Sacellum hoc in honorem Annunciationis beatae Mariae Virginis ac Sanctorum Bartholomaei et Francisci aere proprio erectum Cremascus Girellus et Bartholomaeus filius cives Colloniae unanimes dicarunt dotaruntque anno salutis 1629”; modo vero est de ratione domini Antonii Iusti civis Colloniae. Ex assignatis redditibus cappellanus eiusdem altaris, qui modo est reverendus dominus Antonius Giusti sacerdos de Colonia annorum 32 circiter, cum suis dimissorialibus, tenetur et altare ipsum manutenere et missam [14] celebrare singulis diebus festis post ultimam missam parochialis et aliam infra hebdomadam et feria qua eo anno colitur festum Annunciationis beatae Mariae Virginis. Altare Sanctissimae Trinitatis, ex ligno et muro compactum cum portatili, de ratione eiusdem societatis, a qua de omnibus manutenetur. Vidit sacristiam in calce ecclesiae existentem ibique sacras suppellectiles, ac vasa sacra, de quibus bene provisum est. Vidit quoque chorum supra portam ingressus ecclesiae erectum, ubi conveniunt confratres ut supra ad pias laudes persolvendas. Tandem vidit et deveneratus est sacram reliquiam scilicet sancti Constantii martyris, in reliquiario rotundo repositam, sigillo publicoque curiae episcopalis veronensis documento diei 13 aprilis 1734 munitam. Ordinata. Sarciantur, ubi indigent, sperae vitreae – deprimatur tantisper portatile altaris Sanctissimae Trinitatis – portatile altaris maioris propius reducatur ad pectus [14^v] sacerdotis celebrantis eiusque rimulae obturentur. Quibus habitis et cetera. [A margine: Sant’Antonio]. Visitavit publicum oratorium in contrata apellata Tegoli infra limites parochialis ecclesiae Sanctae Mariae Albareti erectum et domino Antonio patavino dicatum. Hoc oratorium est de ratione nobilis viri Dominici quondam Pauli Semitecoli patritii veneti, a quo de omnibus manutenetur. De licentia episcopali erectum fuisse anno 1686 docet visitatio illustrissimi et reverendissimi episcopi Barbadici habita die 7 octobris 1704. Unicum extat altare ligneum cum portatili, in quo ex devotione celebratur, nullo extante onere. Retro altare servatas vidit sacras suppellectiles ac vasa sacra pro celebratione missae, de quibus satis provisum est. Ordinata. Erigatur crux ferrea in culmine tecti – portatile altaris propius reducatur ad pectus sacerdotis celebrantis – specula de domo in ecclesiam prospiciens muro obturetur, nisi doceatur de privilegio, prout etiam ordinatum [15] fuit in praedicta visitatione. [A margine: Beata Vergine Maria del Rosario]. Visitavit publicum oratorium ad honorem Beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, prope plateam infra limites parochialis ecclesiae Sanctae Mariae Albareti, de licentia episcopali anno 1688 erectum et die 21 octobris benedictum, de ratione olim quondam nobilis domini Marini, subinde Iacobi Malipieri patritii veneti, modo nobilis dominae Mariae Betoni viduae quondam nobilis viri Ioannis Malipieri, a qua de omnibus manutenetur. Unicum in hoc oratorio extat altare ligneum cum portatili, in quo celebratur tantum ex devotionibus, nullis – ut assertum fuit – extantibus missarum oneribus. Vidit sacristiam et sacras ibi suppellectiles ac vasa sacra pro sacro faciendo ac

bene esse provisum invenit. Ordinata. Erigatur crux ferrea in culmine tecti ipsius oratorii – deprimatur paulisper portatile ut tantisper tantum superet mensam – ordinata visitationis Barbadicae, si quae extant adimplenda, [15] quamprimum adimpleantur. Die veneris 3 maii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, una cum eius illustrissimo domino vicario generali, pro tribunali sedit, coram quo comparuit admodum reverendus dominus Michael Sasselli, sacerdos de Caprino veronensis diaecesis, sex et triginta circiter annos natus, sacrae theologiae doctor et parochialis ecclesiae Sanctae Mariae Albareti archipresbyter, qui debita cum veneratione apostolicas bullas, quibus fuit hoc beneficio provisus sub datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis dominicae 1730 4 nonas augusti, ostendit ac policeas seu suam relationem iuxta aedictum praesentavit, in fine huius repositam, qua fit satis non solum omnibus de quibus in aedicto requiritur et supervacaneum est hic eadem refferre, sed etiam liquet quo amore, zelo ac attentione eius sponsam ecclesiam prosecutus sit eiusque iura valide sit tutatus. Porro interrogatus de vita, moribus caeterisque ad pium clerum spectantibus ac ad christianum populum pertinentibus recteque respondit tum de suo clero tum de suo populo [16] cumque nihil habuerit de quo indoleat et cui providendum sit, fuit dimissus. Singuli subinde comparuerunt sacerdotes et clerici, scilicet: reverendus dominus Ioseph Zaffaina sacerdos vicentinus hic comorans cum dimissorialibus ad biennium concessis die 24 februarii 1736, qui curati munere fungitur et, de mandato episcopali veronensi, sacramentales confessiones excipit; agit modo aetatis suae annum 31 circiter. Reverendus dominus Dominicus Gropella, sacerdos de Arculis vicentinae dioecesis, hic incola cum suis dimissorialibus die 25 augusti 1735, ad triennium datis et cum mandato episcopali veronensi pro excipiendis sacramentalibus confessionibus, aetatis suae annorum 45 circiter. Reverendus dominus Antonius Salerno, sacerdos quatuor et triginta annos natus, civitatis Veronae hic comorans et confessarius cum mandato episcopali. Reverendus dominus Guilelmus Schluderpecher, sacerdos de hac paroecia et confessarius cum mandato episcopali, aetatis suae modo annorum 33 circiter. [16] Reverendus dominus Antonius Maria Giusti sacerdos de Colonia dioecesis vicentinae, hic degens cum suis dimissorialibus die 23 iunii 1735 ad triennium concessis ac cum mandato episcopali pro excipiendis sacramentalibus confessionibus; agit modo annos 32 circiter. Reverendus dominus Carolus Zuchelmaleus, sacerdos aetatis suae annorum 28 circiter de Caprino, hic incola et confessor, cum mandato episcopali. Reverendus dominus Bartholomaeus Bertolotti nuncupatus Bianchini, sacerdos de Abbatia Vangaditia hic incola, cum suis dimissorialibus ad beneplacitum die prima iunii 1707 concessis, confessor cum mandato episcopali, aetatis suae annorum 75 circiter. Reverendus dominus Paulus Olivetti, simplex sacerdos de Albaretto, aetatis suae annorum 29 circiter. Reverendus dominus Iacobus Bareati, simplex sacerdos huius paroeciae; agit modo aetatis suae annum 26 circiter. Reverendus dominus Iacobus Tonegati, simplex sacerdos de Albaretto sed comoratur sub Iebeto, aetatis suae annorum 25 circiter. [17] Reverendus dominus Paulus Santini, sacerdos lucensis, modo hic incola, cum suis dimissorialibus, simplex sacerdos sine mandato confessionis. Venerabilis clericus diaconus Franciscus Filipponi de Albaretto, aetatis suae annorum 25 circiter. Venerabilis clericus Bartholomaeus Rutilio de Albaretto, in minoribus ordinibus constitutus, alumnus venerabilis seminarii Veronae, aetatis suae annorum 21 circiter. Venerabilis clericus Ioannes Segala quondam Francisci de Albaretto, prima clericali tonsura insignitus, aetatis suae annorum 38 circiter. Venerabilis clericus Ioannes Baldini de Albaretto, in habitu et clericali tonsura constitutus, aetatis suae annorum 22 circiter. Venerabilis clericus Augustinus Pindemontius, civitatis Veronae hic incola, aetatis suae annorum 25 circiter. Qui omnes et singuli obsequentissime sua respective mandata ordinum et confessionis ostenderunt et fuerunt dimissi. Vocatis subinde aliquibus ex dignioribus huius loci viris, [17] perquisivit de admodum reverendo archipresbytero, de eius vita et moribus, de eiusdem diligentia in suo munere fungendo, de eius ressidentia et cetera et recte ac cum laude super omnibus responderunt, Deo et suae illustrissimae ac reverendissimae dominationi gratias agentes. Tandem ante se delatos vidit et persolvit libros parochiales, baptizatorum scilicet, matrimoniorum, mortuorum ac status animarum, quos bene digestos ac tentos invenit. His peractis et prandio sumpto, illustrissimus dominus vicarius generalis parochialis ecclesiae visitationi incubuit. Haec nova ecclesia, studio, labore et magna in parte aere admodum reverendi archipresbyteri a fundamentis erecta, veteri de episcopali licentia demolita, quantae molis sit in latitudine, longitudine ac altitudine iam supra dictum est sub die 29 aprilis, dum de ingressu et eiusdem visitatione actum fuit; hic agemus de visitatione altarium et pertinentibus ad sacramenta. Visitavit itaque olea sancta, quae a cathedrali veronensi quolibet anno recipiuntur eaque custodita invenit [18] in loculo ad hoc parato ad altare maius a cornu evangelii, in vasculis aptis sub sera et clavi. Sacrum fontem baptismatis, nondum in destinato loco repositum, sed provisionaliter a latere epistolae in cappella erectum et sub sera et clavi custoditum. Tria confessionalia in ecclesia disposita pro sacramentalibus christifidelium confessionibus excipiendis. Altare maius, ex marmoribus recenter extructum cum portatili, sanctissimo Sacramento dicatum, quod ibi in tabernaculo sub sera et clavi custoditur; retro extat chorus cum insigni icone Nativitatis Domini nostri Iesu Christi, depicto a Francisco Montemezzano, ubi

inspiciatur stemma illustrissimi et reverendissimi domini domini Augustini Valerii episcopi veronensis. Manutenetur ab admodum reverendo archipresbytero, exceptis intortitiis et cereis pro expositionibus sanctissimi Sacramenti et eiusdem delatione ad infirmos, quae a societate sub eodem titulo Sacramenti supeditantur, de cuius tamen societatis canonica erectione nullum extat documentum, ut supra iam dictum est. Haec societas celebrare facit missas quatuor pro anima cuiuslibet confratris et consororis defunctae ac onus [18^v] habet celebrare faciendi quolibet anno officium missarum tresdecim, vi legati quondam reverendi domini Claudii Cavanis. Altare Conceptionis beatae Mariae Virginis, a cornu epistolae altaris maioris, marmoreum in mensa, in reliquis ligneum, cum portatili et effigie beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta; manutenetur de cereis et suppellectilibus a societate eiusdem beatae Mariae Virginis, cuius tamen erectionis fundamenta asseruntur deperdita. Nonnulla sunt onera missarum, quae descripta leguntur in relatione admodum reverendi archipresbyteri in fine huius reposita. Altare beatae Mariae Virginis a Populo, de cuius imagine aliqua historice tradit archipresbyter in sua relatione. Altare est ligneum cum portatili, de ratione ecclesiae, sed manutentum a reverendo curato pro tempore, vi legati quondam Ioannis Mariae Gregato, vi cuius – prout ex eius testamento diei 6 septembris 1692, die prima februarii 1693 in cancellaria civili Coloniae recognito – idem reverendus curatus, stipe recepta ducatorum 42 circiter, tenetur qualibet hebdomada feria quarta sacrum facere et quod superest in tot sacrificiis impendere infra octavam Paschatis. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, a cornu evangelii altaris [19] maioris ex marmoribus erectum cum portatili; manutenetur de cereis et suppellectilibus a societate eiusdem beatae Mariae Virginis antiquitus erecta, ita ut non viget memoria. Ad plurima tenetur missarum onera, quae recensivit sua iam dicta relatione admodum reverendus archipresbyter. Altare sancti Petri martyris et sancti Rochi marmoreum cum portatili, recenter ex piorum eleemosynis erectum; illud de omnibus tenetur manutenere communitas nec non singulis diebus festis missam celebrare facere per cappellanum nuncupatum sancti Rochi vi legatorum, quorum modo nulla extat memoria, sed ipsorum legatorum bona ipsa communitas in suis univit et incorporavit bonis. Cappellano praedicto assignavit communitas domum cum horto, broilo et puteo et singulis annis erogat ducatos 30; est in praesentiarum cappellanus reverendus dominus Franciscus Tomas Tarvisinus, qui hac cappellania fruitur in titulum sui patrimonii. Altare sancti Antonii abbatis ligneum cum portatili; manutenetur de omnibus doctrinae christianae. Ad hoc altare [19^v] extat legatum suo testamento a quondam domina Lucretia Talghera relictum in actis domini Antonii Giusti notarii Coloniae, quo legavit unam domum in contrata Centenarii, prope Athesim iacentem, cum onere reverendo archipresbytero tot sacrificia celebrari faciendi quot sunt redditus per sacerdotem, optimis imbutum moribus, parochiali ecclesiae inservientem. Ut numerus septem altarium impleatur, alterum remanet erigendum. Omnes utriusque sexus fideles visitantes hanc ecclesiam die festo sanctae Crucis 3 maii fruuntur indulgentia plenaria; simili indulgentia fruuntur confratres sanctissimae Conceptionis die eiusdem festo, confratres sanctissimi Rosarii die eiusdem festo et confratres doctrinae christianae die festo sancti Antonii abbatis. Porro altaria Conceptionis pro feria secunda, sancti Antonii abbatis pro feria tertia, maius pro feria quinta et sanctissimi Rosarii pro die sabbathi sunt privilegiata pro animabus confratrum et consorum defunctorum dictarum respective societatum, [20] cum brevibus pontificiis ad septennium datis. Vidit ac deveneratus est sacram reliquiam, particulas scilicet ligni sanctissimae Crucis Domini nostri Iesu Christi, repositas in theca ex lamina ferrea vulgo *lata*, crystallo anteriori in parte cooperta, bene clausa et sigillata ac patentibus litteris episcopi calliensis munita die 25 martii 1722 datis et die 4 augusti 1725 sede vacante in cancellaria episcopali Veronae recognitis. Visitavit sacristiam, a latere evangelii altaris maioris erectam et sacras suppellectiles ac vasa sacra ad usum sacrificii et pro sacris functionibus peragendis eamque bene provisam invenit. Vidit coemeterium ante ecclesiam existens nec non domum parochialem ecclesiae adhaerentem, ab ipso archipresbytero – in hoc etiam laudando non parum – reparatam. Descripta – ut supra narratum fuit – huius novae ecclesiae parochialis benedictione et visitatione, remanerent tantum infrascriptae adiiciendae ordinationes, sed silentio non esse tradenda censeo admodum reverendi archipresbyteri et cleri ac totius populi obsequium et laetitiam gratique animi [20^v] monumenta erga eorum emeritum pastorem, plurimis argumentis ostensa pro tanto beneficio colato, quem sicuti laetitudinis venientem exceperunt, ita exeuntem pari semper magnificentia ac reverentia prosecutum collacrimarunt, quibus tamen ipse praesul paterno amore correspondit. Admodum reverendus enim archipresbyter, sic sua supplicatione hic cum decreto registrata, humiliter instante sicque eius exigentibus meritis, in vicarium foraneum suae ecclesiae ellegit et deputavit, populo vero affluenti et genuflexo publice in eius discessu, posquam in ecclesia cum recitatione *De Profundis* de more suam pastorem visitationem clausit, ex eminenti loco in platea parato benedixit. Subinde ad suum episcopale palatium Veronae se se restituit. Ordinata. Confessionalia muniantur crate cum foraminibus spissioribus – rimulae circumundique portatile altaris maioris obturentur – portatile altaris Conceptionis beatae Mariae Virginis firmetur in [21] mensa et eiusdem rimulae obturentur – altare beatae Mariae Virginis a Populo provideatur de novo portatili ad mensuram canonicam – portatile altaris sanctissimi Rosarii deprimatur in

mensa ita ut tantulum tantum superemineat – de novo portatili iuxta canonicam mensuram provideantur et altare sancti Petri martyris et altare sancti Antonii abbatis – patenae et aelices indigentes, ubi et prout indigent, dealbentur et inaurentur – coemeterium quod ante ecclesiam existit circumundique claudatur, ut et decenter custodiatur et animalia arceantur.

Termini generales assignati pro exequendis ordinationibus praesentis visitationis. Pro illis quae spectant ad sacramenta, terminum statuit duorum mensium; quatuor pro illis quae sacristiam et altaria respiciunt; [21^v] sex vero pro illis quae fabricam et ecclesiam concernunt. Taxa. Pro quaque persona et quoque pastu tronos 2; pro quoque equo et quaque die tronos 1.10.

Supplicatio et decterum pro vicaria foranea. Illustrissimo et reverendissimo prelado. Die prima maii 1737 in visitatione Albareti praesentata per admodum reverendum dominum Michaellem Sasselli, sacerdotem, theologiae doctorem, archipresbyterum eiusdem parochialis Albareti, instando et cetera. La esperimentata clemenza di vostra signoria illustrissima e reverendissima sempre attenta ad accrescere la gloria di Dio et il suo santo servizio, mi fa coraggio d'umiliarmi a di lei piedi, nel mentre che, compiuta la solenne fonzione per la nuova chiesa, si ritrova col suo pastorale zelo anche alla visita e riverentemente esporli come, trovandosi l'arciprete e numeroso clero d'Albaredo subordinato alla vicaria di Ronco per le [22] rurali congregazioni, prova gravi incomodi per tal subordinatione a causa della non poca lunghezza del viaggio, dovendo traghettare l'Adige difficoltoso nell'inverno per le nevi e ghiacci, nell'estate per l'escrescenza dell'acque, con abbandono delle sue anime disperse per la vasta cura. Onde si è che in coscienza mi sento stimolato supplicarla dell'opportuno provvedimento in quella maniera che parerà più propria all'alta cognitione e somma prudenza di vostra signoria illustrissima e reverendissima, alla quale genuflesso mi raccomando. Grazie et cetera.

Die 3 maii 1737. Illustrissimus ac reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, visa, lecta et mature perpensa supplicatione ut ante sibi humiliter porrecta, illam admisit eidemque favorabiliter annuendo praecipue prae oculis habens praeclara merita admodum reverendi archipresbyteri supplicantis erga hanc ecclesiam parochialem Sanctae Mariae Albareti, eiusdem curae a fundamentis brevi unius anni circiter spatio erectam eiusque studio in oeconomica [22^v] re ac animarum divinoque cultu florentem, attento numeroso clero et quod alias vicariae foraneae titulo huiusmodi ecclesia decorata fuerit, habitis prius debitis informationibus super expositis et ex causis animum suum moventibus, duxit admodum reverendum dominum Michaellem Sasselli, sacrae theologiae doctorem praedictae ecclesiae parochialis Albareti in vicarium foraneum esse eligendum, prout praesenti suo decreto eundem cum suo clero a subiectione vicariae foraneae Ronchi liberando in vicarium foraneum suae parochialis ecclesiae ad suum arbitrium eligit et deputat, ipsi submittendo reverendos curatos cappellanos, sacerdotes et clericos eiusdem parochialis mandavitque mandatum in forma relaxari; et ita et cetera, omni et cetera. Ioannes episcopus veronensis.

[23] In nomine Domini. In Christi nomine amen. Anno ab eius Nativitate millesimo septingentesimo trigesimo septimo, inditione decima quinta, die dominico vigesimo sexto mensis maii, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis divina providentia papae XII, anno eius septimo. Illustrissimus et reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Ioannes Bragadenus, Dei et sanctae sedis apostolicae gratia episcopus veronensis, comes et cetera, sanctissimi domini nostri domini Clementis divina providentia papae XII praelatus domesticus et assistens et cetera, intermissa civitatis visitatione, inceptam iam suae diaecesis visitationem prosecui decrevit et infrascriptas ecclesias lustrare statuit. Propterea suo generali edicto litterisque circularibus legitime intimata fuit eius visitatio et duo ex reverendis patribus strictioris observantiae sancti Francisci fraemissi fuerunt, qui missionis officio fungentes populorum animos ad uberiores visitationis fructus disponent ac pararent. Statuta vero die externa pro prima die visitationis ad locum Pontoni eaque impedita ob pluviam, ha die 26 summo mane hora scilicet octava circiter noctis, secum assumptis nobili et reverendissimo domino [23^v] comite Ioanne Petro Porta archidiacono cathedralis veronensis vicario suo generali, reverendissimo domino Francisco Ventura iuris utriusque doctore, auditore generali, admodum reverendo domino Iosepho Mezzanini archipresbytero Sanctis Ioannis in Foro, caeremoniarum magistro, me procancellario aliisque sacerdotibus familiaribus suis, in suam ecclesiam cathedralem descendit et, fuis Altissimo precibus ante altare sanctissimi Sacramenti, rhedam suam cum suo comitatu ascendit et ad locum Pontoni per portam sancti Georgii iter suscepit. Ad confinia ovium habuit reverendum dominum Dionisium Bonani, rectorem Pontoni, qui suae devenerationis testimonio praestito, eundem consecutus est. Ad locum iam perventus, obvium quoque populum processionaliter habuit, cui genuflexo benedixit. Palatium nobilis viri patritii veneti Aloysii Mocenigo ingressus, ibi suam mansionem fixit. Cum paulisper quieverit, habito viatorio dimisso et longioribus vestibibus indutus, sub baldachino a quatuor loci hominibus gestato receptus et deosculata cruce a reverendo rectore pluviali induto porrecta, clero decantante psalmum *Benedictus*, processionaliter

[24] [a margine: PONTON] ad ecclesiam profectus est; in ianua maiori sistens, aspersorio accepto a reverendo rectore aqua benedicta populum aspersit et a reverendo rectore thurificatus est. Inde, clangentibus tubis, solemniter templum ingressus est. Ad altare maius genuflexus, preces Deo fudit et interim solitis decantatis altare ascendit illoque deosculato, populo genuflexo benedixit et indulgentiam suam episcopalem impertitus est. Ad thronum a cornu epistolae sibi paratum venit; ibi pontificalibus apparamentis violacei coloris induitur et pro defunctis iuxta ritum absolvit exequias in ecclesia et coemeterio contiguo. Dimissis inde appaamentis violaceis et albis sumptis, praemissa adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in pixide argentea intus inaurata[m] quoad cupam, in reliquis cuprea inaurata tamen, ad altare maius in tabernaculo ligneo inaurato sub clavi custoditum. Haec ecclesia parochialis est sub invocatione Sanctorum Petri, Pauli ac Mariae Magdalenae, consecrata, cuius congregationis [24^v] dies agitur dominica tertia octobris, ex decreto in visitatione Gradonica diei 26 aprilis 1718. Animas a communione enumerat 113, in totum vero 208 nullusque est – Deo dante – inconfessus. Pro lampade et cereis domini clerici plebis Sancti Georgii correspondent bacetas octo olei et libras octo cerae; in reliquis manutenet reverendus rector. Fit processio Corporis Christi; distribuuntur schedae communicatis in Paschate; quando defertur Sacramentum ad infirmos, dantur signa et indulgentiae associantibus concessae publicantur, pro quo associando extant neccessaria, scilicet intortitia, fanalia, thronus, ostensorium, baldachinus, umbella caeteraque opportuna. His habitis, nonnullos utriusque sexus fideles propria manu sacra Communione refecit. Sacrum fecit, gratias egit et sancto operi doctrinae christianae vacavit ac pueros et puellas per examen expertus est. Quam doctrinam iuxta regulas gubernari et laudabilem invenit. [25] Facta hora tarda, ad palatium suae mansionis se restituit et quieti se tradidit. Illustrissimus vero dominus vicarius generalis visitavit olea sancta, quae Veronae percipiuntur, ad altare maius a cornu evangelii in loculo decenti marmoreo et in vasis stamneis ac capsula nucea tute sub clavi custodita. Fontem baptismalem, in calce ecclesiae a cornu evangelii noviter ex marmore erectum, sub clavi tute tentum. Vidit confessionale decenti forma, ex nuce confectum. Visitavit altare maius marmoreum usque ad gradus, in reliquis ligneum cum portatili. Retro habetur chorus, recenter exstructus; manutenetur a reverendo paroco; nulla extant onera missaum. Altare beatae Mariae Virginis Conceptae marmoreum cum portatili, de iure ecclesiae, a piorum eleemosynis mantentum, licet haec legatur inscriptio. “Deo optimo Maximo. Deiparae Virgini Mariae dicatum, eorum patrocinio suplicante Valeria de Sacramosis – 1682”. [25^v] Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, in mensa marmoreum cum portatili, in reliquis ligneum cum icone, mantentum a societate eiusdem beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, in quo celebratur ex devotione, nullis extantibus redditibus et missarum oneribus. Vidit suggestum, in quo aliquando concionatur ac vidit totam ecclesiam, cuius tectum reparatione indiget. Visitavit coemeterium contiguum et campanile a latere evangelii erectum, cum duabus campanis, quod indiget reparatione, prout provisum fuit in ordinationibus. Visitavit sacristiam ibique sacras suppellectiles ac vasa sacra pro sacro faciendo sacrisque functionibus peragendis et nonnulla ordinanda invenit, in ordinationibus exposita. Vidit etiam domum parochialem, quae quoque reparatione indiget et ordinatum fuit prout in ordinationibus inferius positis. His absolutis, instante hora prandii, prandium sumptum fuit. [26] Die antedicta 26 maii 1737 a prandio. Impediente pluvia accessum ad ecclesiam parochialem, illustrissimus et reverendissimus praesul in aedibus suae mansionis petentibus utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. Hoc interim illustrissimus dominus vicarius generalis duas expertus est obstetrices, scilicet Helisabeth uxorem Antonii Reali de Cavaiono aetatis suae annorum 60 circiter, quae hoc munus hic exercet; Annam viduam quondam Christophori Fantoni de Pontono aetatis suae annorum 77, quas satis instructas invenit. [A margine: Santa Maria Maddalena] Visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub invocatione Sanctae Mariae Magdalenae infra limites parochialis ecclesiae Pontoni erectum. Est ecclesia perantiqua, domo adnexa et orto dotata, quibus fruitur reverendus parocus et ipsam ecclesiam manutenet. Unicum in hac ecclesia extat altare ligneum cum portatili, in quo fit sacrum aliquando ex devotione et die titulari eiusdem sanctae Mariae Magdalenae, opportunis sumptis apparamentis a parochiali. [26^v] Ordinata. Fenestrae et oculus dictae ecclesiae Sanctae Mariae Magdalenae muniantur ramatis et speris saltem lineis. Subinde illustrissimus et reverendissimus praesul, cum suo illustrissimo domino vicario generali, pro tribunali sedit, coram quo comparuerunt: admodum reverendus dominus Dionysius Bonani quinquagesimum octavum aetatis suae annum agens, rector parochialis ecclesiae Sanctorum Petri, Pauli ac Mariae Magdalenae de Pontono, ad quam regendam praelectus fuit in concursu iuxta Concilium tridentinum habito, et deputatus cum bullis episcopalibus die 13 decembris 1713 datis, visis et restitutis, qui debita deveneratione parendo et cetera, praesentavit policeas sui beneficii, in fine huius libri sub littera A positas, asserens esse sub vicaria foranea Sancti Georgii Vallis Pullicellae et ab eadem plebe provisionem recipere. Interrogatus de suo curato et populo, bene retulit nullumque habere – Deo dante – in Paschate inconfessum, publicum peccatorem, a vera religione aberrantem aut scandalose viventem; demum lustratis eius libris parochialibus baptizatorum, [27] matrimoniorum, mortuorum ac status animarum,

debito ordine digestis ac bene tentis, fuit dimissus. Reverendus dominus Augustinus Braga, sacerdos curatus huius parochiae Pontoni aetatis suae annorum 44 circiter, cum mandato pro sacramentalibus confessionibus excipiendis die 6 iulii 1736, ad annum confirmato; quod reverenter obtulit et fuit iterum ad annum prorogatum et eidem restitutum. A dignioribus loci informationes sumpsit de vita, moribus admodum reverendi rectoris eiusque diligentia in suo munere fungendo, de quo bene relatum fuit. Tandem in iisdem suae mansionis aedibus vidit oratorium privatum nobilium virorum de Mocenigo, quod tamen nullius est usus et, cum de omnibus destitutum sit, alias iam suspensum declaratum fuit. Ibi inspicitur sepulchralis lapis in pavimento iacens, cum hac inscriptione, scilicet: “Alexander a Turre cremensis comes et quondam episcopus Scitiae et Mierapetrae thelogus maximus MDCXXIII idibus februarii, [27^o] hic obiit, hic iacet”. Ordinata. Idem privatum oratorium remaneat in sua suspensione, in visitatione etiam gradonica confirmata. His absolutis factisque infrascriptis ordinationibus pro ecclesia parochiali Pontoni, quieti se tradidit et pernoctavit. Ordinata pro parochiali. Provideantur tria fanalia, quorum alterum maius pro communione infirmorum – fiat umbella ex panno serico albo – altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii claudatur a lateribus – campanile muniatur ianua, reparentur eius solaria et lignamina campanae minoris restaurentur – tectum ecclesiae laudabili forma reparetur, ne aqua fluat in ecclesiam – fenestrae eiusdem ecclesiae muniantur speris – inaurantur patenae et planetae ac sacrae suppellectiles indigentes restaurentur – provideantur duo missalia mortuorum et aliud romanum ac missalia vetera provideantur de missis novissimis - [28] provideantur duae planetae cum suis manipulis, stolis, bursis et velis, una albi altera nigri coloris – domus parochialis restauretur in tecto, in speris vitreis et in ianua maiori pro carigiis. Die lunae 27 mensis maii 1737. Summo mane illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, evigilans, ad praefatam ecclesiam parochialem Pontoni perexit ibique piis precibus fuis, suam pastorem visitationem cum recitatione psalmi *De profundis* de more clausit receptisque quamplurimis gratiarum actionibus ab eodem reverendo rectore et populo, a quo etiam associatus una cum suo comitatu ad ecclesiam parochialem Sancti Martini de Volarneis, hinc per duo miliaria circiter distantem, iter fecit. Eiusdem parochiae populos processionaliter obvios habuit nec non reverendum dominum Florium Borghetti rectorem cum suo clero, suam illustrissimam et reverendissimam dominationem humillime devenerantes ac cum laetitia suscipientes. Ecclesiae propinquens, bellicis tormentis et campanarum sonitu honorifice salutatus fuit. In domum parochialem susceptus, ibi parumper [28^o] moratur donec opportune disponantur pro eius ingressu in ecclesiam parochialem.

[A margine: VOLARGNE] Itaque omnibus oportune dispositis, deosculata cruce sibi a reverendo rectore porecta, sub baldachino receptus processionaliter clero praeunte et consueta decantante, parochialem ecclesiam petiit, ante cuius fores facta aquae benedictae aspersione receptoque a dicto rectore thuificationis honore, illam solemniter ingressus est. Ante altare maius genuflexus, pias preces fudit; deinde altare ascendit et, recitata antiphona ac oratione de more, populo benedixit et suam episcopalem indulgentiam impertitus est. Ad thronum sibi paratum venit ibique, pontificalibus indutus, consuetas absolvit exequias pro defunctis tum in ecclesia tum in coemeterio. Quibus expletis, indutus fuit apparamentis albi coloris et, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo marmoreo et in pixide in cuppa argentea, in pede tamen et operculo cuprea, sed intus et extra inaurata, sub clavi bene et tute custoditum. [29] Interrogationibus factis respondens, admodum reverendus rector dixit sub hac cura numerari animas quae sacram communionem sumunt 240, in totum vero 363; communicatis in Paschate schedas distribui; in festo Corporis Christi processionem fieri cum sanctissimo Sacramento illudque debitis temporibus renovari; lampadem vero nocte dieque accensam manuteneri ab ipso rectore; octo tamen olei bacetis a dominis clericis plebis Sancti Georgii una cum octo libris cerae pro altari maiori praestitis, cui altari in reliquis providet idem reverendus rector. Sanctissimum Sacramentum ad infirmos et – qua maiori fieri potest decentia – associari et ea extare apparamenta, quae ostensa fuerunt, super quibus ordinatum fuit ut in ordinatis. Subinde utriusque sexus christifidelibus propriis manibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministravit eoque reposito ac sacerdotalibus indutus, sacrosanctum missae sacrificium fecit actisque Deo optimo maximo gratiis, pio doctrinae christianae operi vacavit ac de eodem sancto opere ordine ac frequentia examen habuit et pueros atque [29^o] puellas circa misteria praecipue nostrae sanctae fidei aliaque ad aeternam salutem spectantia diligenter interrogavit et bene instructos invenit. Tantum vero opus ac tam salubre omnes plurimum in Domino comendavit et, defatigatus, in aedes parochiales se recepit prandium sumpturus. Interim illustrissimus dominus vicarius generalis visitavit olea sancta, quae modo provisionaliter in sacristia custodiuntur, causa recentis reaedificationis altaris maioris. Fontem baptismalem, quem reperiit non divisum et in fine ecclesiae nimis in aperto erectum. Unicum confessionale stabile in ecclesia pro excipiendis sacramentalibus confessionibus. Altare maius, divo Martino episcopo ecclesiae titulari dicatum, recenter ex marmoribus in ianuis lateralibus, in gradibus et tabernaculo constructum cum portatili, ex piorum eleemosynis, cum quibus etiam baldachinum comparatum fuit. Nulla hic extant missarum onera; manuteneatur a reverendo

domino rectore, provisione recepta [30] a reverendis clericis plebis Sancti Georgii. Altare beatæ Mariæ Virginis sanctissimi Rosarii, marmoreum cum portatili et imagine eiusdem beatæ Virginis Mariæ ex ligno sculpta, sub cuius titulo extat societas, quæ altare ipsum manutinet et fruitur aliquibus redditibus, cum onere quadragesimali tempore erogandi pauperibus modium cum dimidio panis et celebrari faciendi officium missarum decem. Altare sancti Blasii, ligneum cum portatili iam suspensum et destitutum. Altare sanctæ Agatæ, pariter ligneum, suspensum et de omnibus destitutum, de quibus duobus altaribus mandavit ut in ordinatis, decretum renovando in visitatione gradonica die 27 aprilis 1718 emanatum. Altare sanctorum Francisci et Caroli, ligneum cum portatili, manutentum ex redditibus legatis, in quo ter in hebdomada missa celebratur vi legatorum, cum onere etiam dandi pauperibus tempore Quadragesimæ modium unum cum dimidio panis et officium [30^v] celebrandi missarum sex prout in pollicea reverendi rectoris, quæ adimplentur. Vidit campanile cum duabus campanis et totam ecclesiam reparatione indigentem; ideo mandavit ut in ordinatis. Quibus habitis. Die antedicta 27 maii 1737 a prandio. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus in ecclesiam parochialem descendit et, facta oratione pontificalibusque indutus, adstantem utriusque sexus populum in militia Christi paterno affectu sacro Chrismate in fronte ungendo confirmavit. Illustrissimus vero dominus vicarius generalis interea visitavit coemeterium ipsi ecclesiae contiguum. Quibus habitis, in aedes parochiales se recepit et pernoctavit. Die martis 28 mensis maii 1737. Illustrissimus dominus vicarius generalis visitavit sacristiam, a latere evangelii prope altare maius existentem ibique sacras suppellectiles ac vasa sacra, de quibus est pauperime provisum et quæ extant reparatione indigent. [31] Lustravit libros parochiales, baptizatorum scilicet, matrimoniorum, mortuorum et status animarum et inspexit in libris matrimoniorum non describi dies publicationum. Duas subinde expertus est obstetres, scilicet: Dominicam uxorem Caesaris Comparetti de Volarneis ætatis annorum 64 circiter; Dianoram uxorem Antonii Boninsegna de Volarneis annorum 70 circiter, quas satis instructas invenit. Reverendus dominus Florius Borghetti ætatis suæ annorum 52 circiter, rector huius parochialis ecclesiae, quam per concursum iuxta formam sacri Concilii tridentini obtinuit, ostendit bullas apostolicas datas Romæ 1732 IV idus februarii et mandatum executivum curiæ episcopalis Veronæ diei 20 martii 1735 et præsentavit policeas iuxta aedictum, in fine huius libri sub littera **B** repositas. Haec parochialis non est consecrata; nulla enim extat memoria nullumque signum apparet; est filialis [31^v] plebis Sancti Georgii, a qua provisionem recipit, prout in policea ut supra præsentata; subest vero vicariæ foraneæ Sancti Ambrosii. Interrogatus de suo populo, an sub sua cura sint publici peccatores, adulteri, usurarii, hæretici vel de hæresi suspecti, respondit nescire – Deo dante – huiusmodi generis hominem aliquem sub sua cura extare. Sumptis a fide dignis informationibus de vita, moribus et officio reverendi rectoris prædicti, cognovit eundem recte se gerere. [A margine: Santa Croce] Postea Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus se contulit ad publicum oratorium recenter extructum sub titulo Sanctæ Crucis, infra limites dictæ parochialis Volarnearum. Hoc oratorium erectum fuit a fundamentis nobili et eleganti forma a pietate domini Ioannis Andreae Leoni veronensis, servatis canonice servandis, scilicet obtenta iam facultate serenissimi principis, cum ducalibus 23 decembris 1730, de licentia illustrissimi et reverendissimi episcopi, data die 18 ianuarii 1731, cum facultate benedicendi [32] primum lapidem huiusmodi erectionis. Illud perfecte extructum Illustrissimus et reverendissimus dominus Petrus Maria Suarez Trevisanus episcopus feltrensis, de licentia illustrissimi et reverendissimi domini domini episcopi veronensis die 3 maii 1732, servatis servandis, benedixit et die 20 maii 1732, cum de omnibus necessariis fuerit decore et abunde provisum, data fuit facultas a curia episcopali Veronæ ibi celebrandi. Eo perventus, missam audivit ab uno ex suis reverendis cappellanis celebratam. Visitavit unicum, quod ibi extat, altare cum portatili et icone, de omnibus bene provisum et perpolite tentum. Vidit et adoravit, præstita thurificatione, sacram reliquam in custodia marmorea ad idem altare quod pariter marmoreum est servatam, particulas scilicet de ligno sanctissimæ Crucis Domini nostri Iesu Christi, in reliquiario argenteo cristallo anteriori in parte et sigillo posteriori in parte munito, intus clausas, pro cuius identitate ostendit litteras illustrissimi et reverendissimi domini Nicolai Spinola archipresbyteri Thebarum, camerae apostolicæ auditoris generalis diei [32^v] decembris 1713, recognitas in curia episcopali Veronæ die 18 mensis ianuarii 1731. Visitavit sacristiam, retro altare existens et sacras suppellectiles ac vasa sacra pro missæ celebratione et abundanter invenit esse provisum et omnia perpolite teneri, cum laude prædicti pii patroni, ex cuius pietate et devotione, nulla obligatione extante, celebratur in dicto oratorio per reverendum dominum Ioseph Silvestri, sacerdotem veronensem annorum 37, confessariu[s] cum mandato ad annum diei 17 iulii 1736, quod obtulit et fuit restitutum, ad annum prorogatum. Hoc oratorium visitantes die festo Inventionis sanctæ Crucis fruuntur plenaria indulgentia, ut ex brevi apostolico ad septennium Romæ dato die prima aprilis 1732, viso et restituto. Quibus habitis et cetera. Ordinata. Super custodia in qua custoditur sacra reliquia de ligno sanctissimæ Crucis Domini nostri Iesu Christi pingantur vel incidantur hæc verba: *Sacra reliquia de ligno sanctissimæ Crucis Domini nostri Iesu Christi*. [33] Die antedicta 28 maii 1737 a prandio. Illustrissimus et

reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, cum iter suum statuerit ad parochialem Dulcetti, prius tamen in itinere visitaturus infrascripta oratoria infra limites Volarnearum posita, huius parochialis ecclesiae suam pastorem visitationem, infrascriptis factis ordinationibus, clausit et iter Dulcetum versus arripuit. Ordinata pro parochiali Volarnearum. Provideantur tria fanalia, quorum alterum maius pro communione infirmorum – provideantur umbella serica alba et velum superumerale – pixis restauretur ita ut tute claudatur – provideatur monumentum decens pro custodiendo sanctissimo Sacramento in feria quinta hebdomadae maioris – fons baptismalis transferatur et erigatur in aedícula erigenda in fine ecclesiae a latere evangelii et, si quae scamna impediunt, removeantur: decens enim et iustum est necessitatibus ecclesiae omnia cedere – item fons baptismalis sepiatur cancellis et in eius summitate [33^v] erigatur imago sancti Ioannis Baptistae Christum baptizantis; insuper dividatur per dimidium et ibi sacrarium – altaria sancti Blasii et sanctae Agathae non solum sint suspensa, immo etiam, ut indecentia et de omnibus destituta, servatis servandis, prosternantur et ammoveantur – altare sanctorum Francisci et Caroli provideatur de cerata super portatili sternenda et eius pallium et suppedaneum sarciantur – confessionale muniatur pia imagine a parte poenitentis – campanile muniatur ianua, sera et clavi – tectum, parietes et ianua maior ecclesiae laudabiliter sarciantur – muri coemeterii restaurentur ibique nascentes herbae radentur et comburantur – albae et planetae omnes laudabiliter sarciantur – patena quae indiget inauratur – planetae altera nigri altera albi coloris, cum suis stolis, manipulis, velis et bursis, provideantur – provideatur rituale romanum et mappa pro [34] unoquoque altari – in partitis matrimoniorum describantur dies publicationum et mandata cancellariae episcopalis servantur diligenter in fillo.

[A margine: Chiusa – Beata Vergine Maria della Neve] Itaque in eius itinere, quod Dulcetum versus suscepit, visitavit publicum oratorium Beatae Mariae Virginis ad Nives infra limites Volarnearum, in fortitio Clusae existens, cui propinquans tormentorum bellicorum explosione, ordine emisso ab excellentissimo praefecto Veronae, salutatus fuit et honorifice receptus. Unicum ibi vidit et visitavit altare ligneum cum portatili, in quo diebus festis celebratur, stipe tradita a serenissimo principe singulis annis ducatorum 36. Reverendo cappellano celebranti, qui modo est reverendus dominus Leopoldus Fachinetti, sacerdos de Caprino aetatis annorum 30 circiter, quem super malis de ipso expositis et praecipue super gestatione habitus clericalis, paterne monuit. Super viam publicam habetur capsula pro eleemosynis [34^v] colligendis, quae impendi debent vel in tot sacrificiis vel nitore ecclesiae sustinendo. Unicum mobile vidit confessionale, quod amoveri iussit. Vidit apparamenta sacra pro missae celebratione necessaria, ibi in armario servata et vidit sufficienter esse provisum. Ordinata. Fenestrae dicti oratorii muniuntur ramatis et speris vitreis – confessionale illinc removeatur ibique non audiantur sacramentales confessiones nisi de licentia reverendi rectoris – reverendus Leopoldus Fachinetti, eiusdem oratorii cappellanus, maiori studio curet nitorem ecclesiae, religiose incedat, se seque non immisceat in eleemosynis ibi perceptis, aliter, cum de eo mala habuerit in hac visitatione, procedetur ad ea quae opportuna videbuntur. Quibus habitis, iter suum proseguendo visitavit ecclesiam seu publicum oratorium Sancti Nicolai, in contrata Ceraini infra limites Volarnearum existens, [35] de ratione habitantium in dicta contrata Ceraini. [A margine: San Nicola Ceraino] Unicum extat altare ligneum cum portatili, in quo, ex legato quondam Antonii Bertarini, missa celebratur singulis diebus festis nec non celebratur semel in qualibet hebdomada per reverendum dominum Ioannem Baptistam Podestà, sacerdotem de Segesto ianuensis dioecesis, cum suis dimissorialibus ad beneplacitum concessis die 3 aprilis 1715, sine tamen mandato episcopali Veronae; qui cappellanus electus ab hominibus dictae contratae inhabitat domum contiguam et percipit scutata 62 qualibet anno pro dicto onere missarum et docendi doctrinam christianam diebus festis. Hoc oratorium et domus praedicta manutinetur a dictis hominibus. Ex quibus aliqui, praecipue Dominicus Cerain, indoluerunt de antedicto reverendo Podestà cappellano et quia negligat cultum ecclesiae et quia perceperit suosque fecerit quosdam redditus provenientes ex nemore de ratione eiusdem ecclesiae. Super quibus instantiis illustrissimus et reverendissimus praesul egit ut infra. Vidit sacristiam contiguam et sacras suppellectiles necessarias [35^v] pro celebratione missae et sufficienter invenit esse provisum, sed illas nulla cura et nitore servatas. Vidit quoque confessionale, de licentia reverendi rectoris existens pro sacramentalibus confessionibus excipiendis. Ordinata. Reverendus cappellanus celebret missa post missam parochialem, iuxta constitutiones – idem cappellanus invigilet quod ecclesia, sacristia et sacrae suppellectiles mundaе sint et maiori cultu et diligentia custodiantur: sancta enim sancte sunt tractandae – ad altare erigatur umbella vulgo *baldachino*, quo cooperiatur – missale romanum provideatur de novo canone et missis novissimis – provideatur tela pro cooperiando icone. Cum vero vocato reverendo domino Ioanne Baptista Podestà, praesbytero de Segesto ianuensis dioecesis, moderno cappellano et requisito de eius dimissorialibus et mandatis, ipse obtulerit quidem dimissoriales diei 3 aprilis 1715 ad [36] beneplacitum concessas sed fassus fuerit mandata non curasse obtinere a sua illustrissima et reverendissima dominatione, quae negligentia, cum sit in spretum eius edicti, propterea de eadem ac de negligentia in custodienda ecclesia Dei eiusque animo litigioso et contra iura parochi praetendenti, illum

interim paterne redarguit, sibi resservando opportunum remedium. Super quoque instantiis antedictis contra eundem presbyterum Podestà, resservavit sibi post eius reditum Veronam cognoscere et statuere quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera. Quibus habitis et cetera. Iterum iter suum prossequendo, propinquans finibus Dulcetti, honorifice frequenti explosione salutatur et cum spirituali laetitia populos processionaliter occurrentes habuit ac subinde obvium habuit reverendum dominum Iosephum Painelli annorum 50, sacerdotem de Monte Cledda vicentinae dioecesis, rectorem huius parochialis ecclesiae Sanctae Luciae Dulceti, qui cum suo clero suam illustrissimam et reverendissimam dominationem devenerantes humiliter [36^v] susceperunt et ad domum parochialem associarunt. Cum vero hora esset tarda, quieti se tradidit et incoenatus pernoctavit.

[A margine: DOLCÈ] Die mercurii 29 maii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus summo mane surgens, omnia opportune pro sua habenda visitatione disponuntur. Omnibus itaque dispositis, sub baldachino receptus, deosculata cruce sibi a reverendo rectore porrecta, processionaliter ecclesiam parochialem inter tubarum clangores et explosiones adivit; ad cuius ianuam perventus, populum genuflexum aqua benedicta aspersit et, cum thurificationis honorem ab eodem rectore praestitum suscepit, ecclesiam solemniter ingressus est. Ante altare maius genuflexus, pie Iesum oravit; interim consuetis decantatis, altare ascendit et post titularis orationem altari deosculato, ad populum conversus illi benedixit suamque episcopalem indulgentiam impartitus est. Subinde thronum ascendit, sibi a latere evangelii paratum ibique indutus pontificalibus violacei coloris, [37^v] exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio peregit. His expletis, indutus pontificalibus albi coloris, adoratione, hymno et thurificatione praemissis, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo ligneo auro linito et in pixide argentea intus et extra inaurata sub clavi tute custoditum. Reverendus rector, interrogationibus factis respondens, dixit sub hac cura animas quae sacram Eucharistiam sumunt numerari 218, in totum vero 343 nullumque esse – Deo dante – inconfessum in Paschate et eo tempore communicatis distribui schedas; lampadem et cereas pro altari maiori ante sanctissimum Sacramentum a se manuteneri, provisione percepta a dominis clericis Sancti Georgii bacetarum octo olei et librarum octo cerae, prout in eius policea. Dixit in festo Corporis Christi fieri processionem cum sanctissimo Sacramento et, quando illud ad infirmos deferri contigit, dari signa ad convocandum populum publicarique indulgentias associantibus concessas nec non opportuna extare pro decenti associatione, quae visa fuerunt. [37^v] Postea plurimos utriusque sexus christifideles sacra Communione refecit et, reposito Sacramento, sacrosanctum missae sacrificium peregit. Gratias Deo optimo maximo egit et, suae pastoralis visitationi incumbens, visitavit: olea sancta, quae a plebe Sancti Georgii recipiuntur, in loculo ad hoc parato in cornu evangelii sub sera et clavi bene custodita. Fontem baptismalem, in cappellula retro altare beatae Mariae Virginis Gratiarum erectum. Confessionale, in ecclesia positum pro excipiendis sacramentalibus confessionibus. Altare maius ligneum, sanctae Luciae titulari dicatum, cuius mensa est consecrata, manutentum a reverendo rectore, provisione ut supra percepta a dominis clericis plebis Sancti Georgii. Altare sancti Antonii patavini ligneum cum portatili, de ratione domini Francisci de Gasparis, civis veronensis, a quo de omnibus manutinetur et assertum fuit non extare onera missarum; die vero festo [38^v] eiusdem sancti visitantes hanc ecclesiam frui indulgentia plenaria, ex brevi apostolico ad septennium dato. Altare beatae Mariae Virginis santissimi Rosarii cum portatili ligneum, manutentum a societate eiusdem beatae Mariae Virginis ibi existente, ex piorum eleemosynis. Altare sanctae Luciae, partim lapideum et partim ligneum cum portatili et effigie ex ligno sculpta eiusdem sanctae Luciae, de ratione communitatis Dulcetti, a qua de omnibus manutinetur et ibi ex devotione tantum celebratur. Altare beatae Mariae Virginis Gratiarum marmoreum cum portatili, manutentum a societate eiusdem beatae Mariae Virginis, antiquitus – ut fuit assertum – erectae et colligi potest ex quadam tabella exposita, ubi exaratae sunt aliquae indulgentiae confratribus concessae, praecipue plenariae mense augusti, festo die eiusdem beatae Mariae Virginis. Duo sunt in hac ecclesia onera missarum: unum pro valore librarum 74.8, quas solvunt haeredes quondam Ioannis Baptistae Gaspari annuatim; alterum duarum missarum quolibet mense, ex legato quondam Bartholomaei Gaspari pro [38^v] petia terrae sita in Volarneis, modo possessa ab haeredibus quondam Petri Antonii Gaspari; quod legatum integre non adimpletur, prout in sua policea testatur praedictus reverendus rector. Visitavit sacristiam contiguam prope altare maius et sacras suppellectiles tum ad ornatum tum ad sacrum et sacras functiones peragendas neccessarias nec non visitavit coemeterium ac totam ecclesiam. Duas expertus est obstetrices, scilicet Cattarinam, viduam quondam Antonii Giacomuzzi aetatis suae annorum sexaginta, de Dulceto; Dominicam, uxorem Ioannis Gaspari aetatis suae annorum 46, de Dulceto, quas satis instructas invenit. Sumpsit a fide dignis eiusdem loci informationes de vita et moribus ac diligentia in suo munere reverendi rectoris nec non aliorum sacerdotum et populi et de omnibus bene relatum fuit. Quibus habitis, prandium sumpsit. Die antedicta 29 maii 1737 a prandio. Convocato populo per consueta signa ad exercitium doctrinae [39^v] christianae, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus in ecclesiam descendit

et, facta ante sanctissimum Sacramentum oratione, diligenter perquisivit de frequentia et ordine huius tanti operis ac per examen expertus est pueros ac puellas de misteriis nostrae sanctae fidei aliisque neccessariis ad aeternam salutem et satis ac sufficienter edoctos invenit. Omnibus tamen tam pium opus plurimum in Domino comendavit. Subinde pontificalibus indutus, pluribus utriusque sexus fidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. Ad aedes suae mansionis reversus, vidit et perlustravit libros parochiales, scilicet baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum ac status animarum et bene tentos invenit. Porro coram sua illustrissima et reverendissima dominatione pro tribunali sedente comparuit admodum reverendus dominus Ioseph Painelli, sacerdos de Monte Cleda vicentinae diaecesis aetatis suae annum 50 circiter agens, huius parochialis Dulceti rector, cum bullis pontificii Romae datis 16 kalendas ianuarii 1728, per concursum obtentae iuxta formam sacri Concilii tridentini, quas praesentavit cum mandato executivo [39^v] curiae episcopalis Veronae diei 7 martii 1729, visas et restitutas; praesentavit quoque policeas iuxta aedictum, in fine huius libri sub littera C repositas. Interrogatus de suo clero et populo, recte de utroque respondit. Quo ad suam ecclesiam, dixit esse consecratam usque ab anno 1401 die 20 ianuarii eodemque die celebrari quotannis festum anniversariae consecrationis; esse filialem plebis Sancti Georgii, a qua percipit annuam provisionem, ut in policea cui et cetera; de vicaria tamen subesse vicario foraneo Brentini uti viciniori. Exposuit dictos dominos clericos plebis Sancti Georgii non multis abhinc annis correspondisse libras tres cerae albae distribuendae in festo Purificationis beatae Mariae Virginis, modo vero illas non praestare; propterea reverenter instetit a sua illustrissima et reverendissima dominatione praedictam corresponsionem decerni et ita et cetera. Insuper exposuit pro exoneranda eius conscientia quatenus Bartholomaeus de Gasparis reliquisse huic communitati fundum appellatum *Vargnana*, cum obligatione missae bis quolibet mense, sed huic oneri numquam integre satisfactum fuisse et dictum fundum existere [40^v] modo penes haeredes quondam Petri Antonii de Gasparis; ideo instetit dignari suam illustrissimam et reverendissimam dominationem decernere ut decretum fuit in visitatione die 26 ianuarii 1692 ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo Leono et ita et cetera. Comparuerunt subinde reverendus dominus Augustinus de Paulis, sacerdos de loco Vallettarum ianuensis diaecesis, cum suis dimissorialibus die 7 augusti 1734 ad beneplacitum datis, aetatis suae annorum 33, huius ecclesiae curatus cum mandato episcopali pro sacramentalibus confessionibus excipiendis, ad annum concesso die 26 aprilis 1737; reverendus dominus Dominicus Campostrini, simplex sacerdos de Dulceto aetatis suae annorum 30. Qui suam illustrissimam et reverendissimam dominationem devenerantes, sua respective mandata et requisita ostenderunt et, visa, restituta fuere. Pro hac parochiali Dulceti factae fuerunt infrascriptae ordinationes et decreta. Ordinata et decreta. Pixis ampliatur et fiat capax iuxta numerum [40^v] animarum huius parochiae – provideatur clavis argentea pro tabernaculo – provideatur baldachinum et umbella ex panno serico albo nec non simile conopaeum pro cooperienda pixide – arcula oleorum sanctorum intus vestiatur panno violaceo – fons baptismalis provideatur de effigie sancti Ioannis Baptistae Christum baptizantis, in eius summitate erigenda et de conopeo quo tegatur – sacrarium pro usu ecclesiae inde removeatur et construat in choro – scamnum modo dicto sacrario adhaereⁿs ab ecclesia arceatur utpote inconsulta ecclesiae ibi repositum – scamna quoque impediencia accessum ad altare sancti Antonii removeaⁿtur ita ut pateat comode aditus et coetera scamna restringantur – confessionale muniatur a parte poenitentis imagine devota – altare maius claudatur a lateribus et provideatur de imagine Iesu Christi resurgentis pro tempore Paschatis – insuper inde removeatur icon vulgo [41^v] *pala* perantiqua – altare sancti Antonii claudatur a lateribus et provideatur de tela cerata et de tela stragula qua cooperiatur – altare sanctae Luciae provideatur quoque de tela stragula – sperae vitreae ecclesiae et sacristiae nec non tectum ecclesiae et ianua maior sarciantur – sacrae suppellectiles indigentes laudabiliter sarciantur. Decreta. Super instantiis admodum reverendi domini Iosephi Painelli rectoris Dulceti, quibus petit dominos clericos Sancti Georgii, a quibus provisionem percipit, teneri respondere singulis annis in festo Purificationis beatae Mariae Virginis libras tres cerae albae distribuendas populo, prout nonnullis abhinc annis correspondebant, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus decrevit dictum reverendum rectorem docere de huiusmodi onere clericorum praedictae plebis et eosdem clericos esse audiendos et ita et cetera, omni et cetera. Cum rector antedictus Dulceti, pro exoneranda eius conscientia, fassus fuerit communitatem huius loci tamquam commissariam quondam Bartholomaei de Gasparis [41^v] onus habere duarum missarum in singulo mense pro quibus dictus Bartholomaeus reliquit fundum nuncupatum *Vargnana*, quod nunc possident haeredes quondam Petri Antonii de Gasparis et numquam integre satisfieri, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus repetiit decretum super hac re die 26 ianuarii 1692 in visitatione ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo Leono emissum et ita et cetera, omni et cetera. Coram reverendo domino auditore comparuit Iacobus Biscardi quondam Nicolai de Dulceto et instetit damnari Augustinum Salamoni quondam Bernardi de dicto loco ad cessionem medietatis duorum scamnorum in parochiali Dulceti existentium, alterum ad usum foeminarum et alterum ad usum virorum ad sui favorem et familiae, ex eo quia sit haeres ratione matris – ut asseruit – quondam Iacobi Salamoni

et ita et cetera. Dictus Augustinus Salamoni, personaliter comparens, instetit praedictum Iacobum docere debere legitimis documentis eius praetensam, quo facto se remisit decretis iustitiae et ita et cetera. Reverendissimus et cetera, auditis suprascriptis instantiis, decrevit Iacobum [42] Biscardi debere legitime docere eius praetensam, quo facto resservavit decernere quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera. Quibus habitis et cetera pernoctavit. Die iovis 30 mensis maii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, summo mane surgens, in ecclesiam parochialem Dulceti descendit et, cum recitatione *De Profundis* de more, suam pastoraalem visitationem clausit et, praestitis ab admodum reverendo rectore populoque Dulceti eorum grati animi et obsequii officiis, rheda vectus ad locum de Peri viam iniit.

[A margine: PERI] A reverendo domino Michaelae Butturini curato ac populo processionaliter occurrente cum deveneratione et laetitia recipitur et campanarum sonitu frequentique tormentorum bellicorum explosione, ad aedes reverendi curati ducitur, ubi tantisper quieti se tradidit. Interim, omnibus opportune dispositis, sub badachino receptus et deosculata in pulvinaribus stratis genuflexus sibi oblata cruce a reverendo curato, processionaliter populo et clero praeaeuntibus, ad ecclesiam parochialem Sanctorum Philippi et Iacobi de Peri se contulit et, de more in eiusdem [42^v] limine facta aquae benedictae super genuflexum populum aspersione receptoque a reverendo curato thurificationis honore, in eadem suum habuit solemnem ingressum. Ante altare maius genuflexus, pias preces fudit et, interim consuetis decantatis, altare ascendit praemissisque antiphona, oratione et confessione, populo benedixit, suam episcopalem indulgentiam impertitus est. Subinde sibi paratum thronum ascendit et, pontificalibus violacei coloris indutus, consuetas pro defunctis persolvit exequias in ecclesia et coemeterio. Depositis vero pontificalibus violaceis sumptisque albis, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius marmoreum in marmoreo tabernaculo, in pixide intus inaurata sub clavi tute custoditum. Perquisitus reverendus curatus, respondit ecclesiam hanc, Sanctis Philippo et Iacobo apostolis dicatam, consecratam esse et consecrationis diem celebrari die 28 octobris; esse filialem plebis Sancti Georgii, a qua dependet et a dominis clericis dictae plebis provisionem percipere. [43] Animas sub hac cura quae communicant numerari biscentum et decem, in totum vero 302 neminemque – Deo dante – esse inconfessum. Lampadem die nocteque accensam et de ceris manuteneri a communitate de Peri; sanctissimum Sacramentum debitis temporibus renovari; eiusdem festo Corporis Christi fieri processionem; communicatis in Paschate schedas distribui; cum ad infirmos deferi contingat, dari signa et associantibus concessas publicari indulgentias et extare vexillum, baldachinum, amigdalum, umbellam, fanale et ostensorium, quae vidit. Porro utriusque sexus christifidelibus propriis manibus ministravit idem Sacramentum, quo reposito in suo tabernaculo et sacerdotalibus indutus paramentis, sacrosanctum missae sacrificium peregit. Gratiis postea Deo optimo maximo actis, in aedes parochiales se recepit et prandium sumpsit. Die antedicta 30 maii 1737 a prandio. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, convocato [43^v] per consueta signa populo, ad praedictam ecclesiam parochialem accessit, de doctrina christiana examen habiturus. Itaque pueros et puellas per multas interrogationes de misteriis fidei et de necessariis ad aeternam salutem expertus est et satis instructos invenit. Perquisivit quoque de regimine, cultu et frequentia huius sancti operis, quod omnibus et singulis plurimum in Domino comendavit hortando ut nulli labori parcant, ut ad gloriam Dei et animarum salutem fructus magis magisque uberius fiat. Subinde quamplurimis utriusque sexus christifidelibus Confirmatini sacramentum ministravit. Quibus absolutis, in aedes parochiales se recepit, quieti se tradidit et incoenatus pernoctavit. Die veneris 31 maii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus iterum dictam ecclesiam parochialem petiit ibique pia emissa praeparatione et sacerdotalibus apparamentibus indutus, sacrosanctum missae sacrificium fecit; quo absoluto actisque Deo optimo maximo gratiis, pastoralis suae vacando visitationi, [44] visitavit olea sancta, in arcula a cornu evangelii altaris maioris sub clavi custodita, quae a plebe praedicta Sancti Georgii recipiuntur. Sacrum baptismatis fontem, in calce et angulo ecclesiae erectum, ligneis rastris clausum et septum. Unicum confessionale in ecclesia expositum pro sacramentalibus mulierum confessionibus excipiendis. Altare maius marmoreum cum portatili et tabernaculo marmoreo, in quo Sacramentum servatur et retro habet chorum; extat sub titulo sanctorum Philippi et Iacobi manutentum a communitate, in quo celebratur ex devotione, nulla extante obligatione. Habetur societas sanctissimi Sacramenti, cuius confratres facultatem obtinuerunt in visitatione gradonica diei 29 aprilis 1718 induendi habitum, seu saccos cum capis albis, sub observatione capitulorum et conditionum numero quinque ibi expressorum. Altare marmoreum sancti Antonii patavini, alias sanctorum Rochi et Sebastiani cum portatili, de iure ecclesiae, restauratum vero a domino Nicolao Cova, a quo manutinetur et est [44^v] dotatum officiantura seu cappellania cum arctatione missarum trium in qualibet hebdomada, cuius cappellania modo est rector reverendus dominus Ioannes Baptista Cova et suo oneri satisfacit. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, quoque marmoreum cum portatili et effigie eiusdem beatae Mariae Virginis, sub crystallis in arcula custodita; est de ratione communitatis Peri a qua, una tamen cum societate ipsiusmet beatae Mariae Virginis ibi erecta, de omnibus manutinetur. Onera missarum in

hac ecclesia celebrandarum reverendus curatus patefecit in suis policeis, ubi de redditibus notitiam dat. Visitavit sacristiam, altari maiori contiguam a cornu evangelii et ibi sacras suppellectiles et vasa sacra ad functiones ecclesiasticas peragendas neccessarias. Visitavit coemeterium et totam ecclesiam, quam visitantes die festo sanctorum Philippi et Iacobi fruuntur indulgentia plenaria, ex brevi pontificio ad septennium die 19 maii 1734 dato. Denuo nonnullis utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. [45] His absolutis, in aedes parrocchiales se se recepit et prandium sumpsit. Die antedicta 31 maii 1737 a prandio. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus pro tribunali sedit, coram quo comparuit reverendus dominus Michael Butturini, sacerdos de Piscantina veronensis diaecesis aetatis suae annorum 47 circiter, curatus huius parochialis ecclesiae de Peri, ad quam amovibiliter regendam fuit cum publica vicinia ab hominibus et communitate dicti loci electus et pro approbatione illustrissimo et reverendissimo domino Marco Gradonico, tunc episcopo veronensi, praesentatus et ab eodem cum mandato 25 ianuarii 1723 approbatus, quod mandatum obtulit et insuper praesentavit policeas per edictum requisitas, quae extant in fine huius libri sub littera **D**. Ostendit libros parochiales, baptizatorum scilicet, matrimoniorum, mortuorum ac status animarum, quos lustravit et bene tentos invenit. Interrogatus de suo populo et an sint haeretici vel de haeresi suspecti, concubinarii, usurarii et publici peccatores, dixit nullum huiusmodi generis hominem, quod sciat, existere et bene de suo populo retulit. [45] Eo dimisso, comparuit reverendus dominus Ioannes Baptista Cova seu Donati Cova, sacerdos de Peri aetatis suae annorum 35, confessarius cum mandato die 7 novembris 1736, ad annum confirmato, cappellanus cappellaniae septem ab hinc annis a quondam Nicolao Cova institutae ad altare sancti Antonii, trium missarum in qualibet hebdomada et sua ostendit, cum deveneratione, mandata. Ad duas obstetrices examinandas, Margaritam scilicet Zuanni et Dominicam Valentini, delegavit reverendum curatum. Sumptis vero informationibus a fide dignis testibus eiusdem loci de vita, moribus et diligentia in suo munere reverendi Michaelis Butturini curati, de eodem recte fuit relatum et pariter bene de reverendo cappellano. Comparuerunt Nicolaus Valentini, Valentinus Marcotin et Marcus Marcato consiliarii, una cum reverendo domino Michaelae Butturini curato de Peri et exposuerunt et insteterunt prout narratur in decretis. Reverendus dominus Michael Butturini praedictus instetit communitatem damnari ad corresponsionem pro hac visitatione, ut [46] pariter in dictis decretis exponitur. His peractis, cum infrascriptis ordinationibus et decretis suam pastorem visitationem in crastinum de more claudendam huius parochialis ecclesiae (qua discedere hodie statuerat) sed, iustis de causis, usque ad mane diei crastinae distulit, absolvit et incoenatus pernoctavit. Ordinata pro parochiali ecclesia de Peri. Duo saltem fanalia provideantur pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos – provideatur bursa decens serica alba pro servanda amigdala ad usum sanctissimi Sacramenti – clavis tabernaculi sanctissimi Sacramenti fiat argentea, cum suo flosculo pendente – provideatur effigies sancti Ioannis Baptistae Christum baptizantis et erigatur in culmine baptisterii – altare sancti Antonii provideatur de novo portatili ad mensuram canonicam et interim suspensum existat – confessionale a parte poenitentis muniatur aliqua imagine pia et devota; a parte vero confessarii pagella casuum resservatorium. [46] Decreta. Coram sua illustrissima et reverendissima dominatione comparuerunt Nicolaus Valentini, Valentinus Marcotin et Marcus Marcato consiliarii, una cum reverendo domino Michaelae Butturini curato de Peri et exposuerunt in visitatione illustrissimi et reverendissimi domini domini episcopi Gradonici contritam seu familiam Comparsi ab hac cura separatam fuisse et submissam curae Alphaeti; cum vero ad id eorum non accesserit assensus, ideo unanimiter insteterunt ad hanc curam revocari et submitti debere et ita et cetera. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, viso decreto illustrissimi et reverendissimi domini domini episcopi Gradonici, in eius visitatione Alphaeti die 10 octobris 1717, super enarrata subiectione familiae Comparsi et alterius familiae Bacilieri auditis partibus emanato, duxit ab eodem decreto non esse recedendum et ita et cetera, omni et cetera. Insuper praefatus reverendus dominus Michael Butturini curatus, ut supra comparens, cum pastoralis visitatio sit vel maxime ad beneficium populorum et communitatis, reverenter petiit communitatem ipsam teneri [47] correspondere neccessaria pro eadem pastoralis visitatione, se offerens tamen, amore tactus erga populum suum, gratiose persolvere ducatos viginti. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, suprascripta instantia intellecta, verbum fecit cum consiliariis eiusdem communitatis, qui huiusmodi instantiae se se non opposuerunt, sed reverenter se paratos suae illustrissimae et reverendissimae dominationi ostenderunt eorum viciniae referre, sperantes eandem alienam non fore sui praedicti reverendi curati instantiam recipere et adimplere et ita et cetera. Die sabbathi prima iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, indictam pro hesternae die suam pastorem visitationem ecclesiae parochiali Ossenici, iustis tamen de causis prorogatam (de qua prorogatione reverendus rector factus fuit) hac mane habiturus, ecclesiam et locum de Peri, sua cum *De profundis* clausa visitatione, reliquit et pedester, attenta propinquitate loci, a reverendo curato de Peri reverenter associatus, cum sua familia ad locum Ossenici iter direxit. Eo perventus, cum laetitia et obsequio a reverendo [47] rectore Ioanne Salvetti et populo Ossenici, obviam processionaliter occurrente, receptus fuit et

frequentibus explosionibus ac tubarum clangoribus ressonantibus pulsantibusque campanis, ad aedes parochiales ductus, ibi suam mansionem fixit et quieti se tradidit.

[A margine: OSSENIGO] Opportunis interim dispositis, sub baldachino idem illustrissimus et reverendissimus praesul receptus, deosculata cruce in egressu domus parochialis a reverendo rectore oblata, inter solitas coere monias processionaliter ecclesiam parochialem sub titulo Dedicationis Beatae Mariae Virginis ad Nives (ad quam ab antiqua parochiali sub invocatione Sancti Andreae, maioris comodi gratia, omnia sacramenta – baptismatis fonte excepto, qui adhuc in parochiali antiqua servatur – translata fuere) adivit. In eiusdem limine sistens, genuflexum populum aqua benedicta aspersit et thurificationis honorem, a reverendo rectore praestitum recepit. Subinde solemnem suum habuit ingressum et, ante altare maius genuflexus, pias preces Altissimo fudit. Interim consuetis decantatis, altare ascendit et, praemissa confessione, populo benedixit suamque [48] episcopalem indulgentiam impartitus est. Thronum sibi paratum ascendit ubi, indutus pontificalibus violacei coloris, exequias pro defunctis de more in ecclesia et coemeterio absolvit. Depositis violaceis et sumptis apparamentis albi coloris, adoratione, hymno et thurificatione praemissis, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo decenti et in pixide argentea intus inaurata tute custoditum. Ante idem Sacramentum accensa die nocteque ardet lampas, a communitate manutenta, quae etiam de cereis providet. Ex factis perquisitionibus habuit sub hac cura animas quae communicant numerari 129, in totum vero 185 neminemque – Deo dante – extare inconfessum; communicatis in Paschate schedas distribui; sanctissimum Sacramentum debitis temporibus renovari et, dum illud ad infirmos defferi contigit, decore associari; propterea parata extare baldachinum, umbellam, thronum, [48^v] unum fanale et intortitia, quae ostensa fuere una cum ostensorio pro expositione Sacramenti, sub cuius titulo erecta viget societas. Nonnullis utriusque sexus christifidelibus propriis manibus paterno amore idem sanctissimum Eucharistiae sacramentum distribuit et ministravit. Quo reposito et sacerdotalibus indutus, sacrosanctum missae sacrificium peregit; actis subinde Deo optimo maximo gratias, visitavit olea sancta, in arcula a cornu evangelii altaris maioris et in vasis stanneis sub clavi custodita, quae reverendus rector percipit a plebe Avii, cuius haec ecclesia est filialis subiecta; tamen, quoad vicariam, domino vicario foraneo Brentini. Fons baptismalis servatur – ut dictum fuit – in antiqua parochiali Sancti Andreae. Unicum vidit confessionale in ecclesia pro sacramentalibus confessionibus excipiendis. Visitavit altare maius, recenter ex marmoribus constructum, a communitate manutentum, cuius mensa – in eo incorporat – est consecrata, prout est consecrata ipsa ecclesia et consecrationis annua dies collitur die [49] 25 mensis aprilis. Altare sancti Francisci ligneum cum icone et portatili, olim de ratione illorum de Zanottis, modo vero communitatis, a qua manutinetur. Ex legato Zanotti missae triginta tres in anno celebrandae sunt, quas adimplet reverendus rector huius parochialis. Altare Dedicationis beatae Mariae Virginis ad Nives, in mensa marmoreum et arca, in qua effigies beatae Mariae Virginis servatur, in reliquis ligneum cum portatili, manutentum a communitate et societate eiusdem beatae Mariae Virginis, ibi anno – ut fertur – 1653 erecta, ex cuius onere tria in anno celebrantur officia pro confratribus defunctis, primis scilicet feriis quartis post festum beatae Mariae Virginis ad Nives, Conceptionis et Annunciationis eiusdem beatae Mariae Virginis. Quaedam sunt onera missarum in hac ecclesia adimplenda, quae descripta leguntur in notis reverendi rectoris, in fine huius libri repositis, ubi de redditibus rationem reddit. Visitavit sacristiam, prope chorum, a cornu epistolae [49^v] erectam et ibi sacra vasa et sacras suppellectiles ad missae celebrationem ac sacras functiones peragendas necessarias. Visitavit duo coemeteria ecclesiae contigua, totam ecclesiam ac domum parochialem, in quam se recepit et prandium sumpsit. Die antedicta prima iunii 1737 a prandio. Convocato de more populo per consueta signa, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus parochialem ecclesiam Dedicationis sanctae Mariae ad Nives adivit, doctrinae christianae examen habiturus. Itaque, ante Sacramentum facta adoratione, collectos pueros atque puellas per multas interrogationes de mysteriis sanctae fidei aliisque ad aeternam salutem spectantibus expertus est; quos satis instructos invenit. Item perquisivit de regimine, frequentia ac diligentia in tam pio ac necessario opere, cui incumbere totis viribus omnes et singulos plurimum in Domino hortatus est. Subinde, pontificalibus indutus, Confirmationis sacramentum nonnullis utriusque sexus ministravit ac sibi a summo pontifice impartitam indulgentiam [50] in articulo mortis quampluribus petentibus super piis numismatibus oblati benedicendo concessit. [A margine: Sant'Andrea] Interim illustrissimus dominus vicarius generalis, de mandato et cetera, se contulit ad visitandam antiquam parochialem ecclesiam sub titulo Sancti Andreae loci de Ossenico, in qua unicum vidit et visitavit altare ligneum consecratum, qua consecratione insignita est tota ecclesia et annua dies consecrationis solemnitatur quotannis die ultima aprilis. Duodecim ex legato quondam Iulii Raynerii hic missae celebrandae sunt in diebus festis sanctorum apostolorum – ut fuit assertum – quae adimplentur sumptis sacris apparamentis a nova parochiali ecclesia. Visitavit sacrum fontem baptismalem, in hac ecclesia et in angulo eiusdem a cornu epistolae, rastris ligneis septum, servatum et tute tentum. Ecclesia tota de omnibus a communitate manutinetur; desideratur tamen ut laudabilius manuteneatur. Ante eandem

ecclesiam vidit coemeterium, cuius in praesentiarum nullus est usus, ubi pro defunctis psalmum *De Profundis* recitavit. [50^v] Et, factis infrascriptis ordinationibus, ad aedes parochiale reversus est. Ordinata. Palium altaris laudabiliter sarciatur et idem altare a lateribus claudatur – provideatur tabella maior a secretis seu *Sacrum Convivium* – fenestra muniatur spera vitrea vel saltem lintea – tota vero ecclesia decenti cultu servetur. Ad aedes parochiales restitutus caelo depluente, duas obstetrices, scilicet Catherinam viduam quondam Antonii Donatoni annorum 60 et Magdalenam uxorem Gabrielis Marchiori annorum 50, ambas de Ossenico expertus est circa formam baptismatis et satis instructas invenit. Cum relatum fuerit Luciam Zaninelli de Ossenico, vidua quondam Antonii Anivi, modo uxorem Sperindei Libera de Avio ab eius viro separatam vivere, eadem vocata comparuit et super hac separatione interrogata respondit iustis de causis mense iunii 1731 cum decreto episcopali separatam fuisse. [51] Coram illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo eiusque vicario generali, pro tribunali sedente, comparuit reverendus dominus Ioannes Salvetti, sacerdos de Brentino aetatis suae annorum 45 circiter, rector parochialis ecclesiae huius loci de Ossenico sitae in finibus Venetae ditionis et praesentavit bullas episcopales cum mandato executivo diei 10 decembris 1732; quibus hoc beneficio provisos fuit ad ellectionem et praesentationem communitatis et hominum Ossenici, quae visae restitutae fuere; nec non praesentavit polliceas iuxta aedictum huius visitationis, in fine huius libri sub littera E repositas. Ostendit pariter libros parochiales, quos vidit et lustravit. Interrogatus de suo populo et an sint sub sua cura publici peccatores, haeretici vel suspecti de haeresi, uxurarii, adulteri et cetera, respondit neminem huius generis, quod sciat – Deo dante – sub sua parochia habere. Dimissus subinde fuit et comparuit reverendus Appollonius Peroni, sacerdos de Vado Alae tridentinae dioecesis, cum dimissorialibus suis ad triennium die 3 iunii 1726 concessis, modo Ossenici degens cum mandatis suae [51^v] illustrissimae et reverendissimae dominationis pro missis celebrandis et sacramentalibus confessionibus excipiendis, quae cum veneratione ostendit et visa restituta fuere; illud pro celebratione missae ad sex menses prorogatum et aliud pro sacramentalibus confessionibus audiendis confirmatum ad annum. Factis a fide dignis diligenter perquisitionibus de vita, moribus et diligentia in suo munere fungendo reverendi rectoris et recta habuit. Comparuerunt Iacobus Giacopuzzi massarius, Valentinus Stancanal, Hieronymus Peroni, Iulius Raineri et Carolus Donaton, hic procurator, caeteri consilarii loci de Ossenico et recogitantes facile fore periculum de pueris baptizandis ex distantia et asperitate itineris illos pro baptismali ablutione deferendo ad antiquam parochialem Sancti Andreae, ubi adhuc fons baptismalis custoditur, obsequentissime insteterunt et efflagitarunt suam illustrissimam et reverendissimam dominationem dignari concedere trasferri posse ab antiqua parochiali Sancti Andreae ad novam Dedicationis beatae Mariae Virginis ad Nives eundem sacrum fontem baptismalem, ut ibi, quo iam caetera sacramenta translata sunt, etiam baptismatis sacramentum [52] ministraretur et ita et coetera. Decretum. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, suprascripta reverenti supplicatione intellecta, attenta oculari visione sui vicarii generalis in visitatione de antedicta antiqua parochiali de mandato et cetera habita, distantiae et difficultatis itineris ad ipsammet parochialem antiquam, supplicationem ipsam admisit eique favorabiliter annuendo indulisit et decrevit, servatis servandis debitoque servato decore, sacrum fontem baptismalem ab antiqua iam dicta parochiali Sancti Andreae ad novam Dedicationis beatae Mariae Virginis transferri posse, ut ibidem baptismatis sacramentum ministraretur, dummodo in decenti loco et comodo erigatur et aptetur et rastris saltem ligneis sepiatur, tute sub clavi fons ipse custodiendus et ita et cetera, omni et cetera. Ordinata pro parochiali ecclesia Ossenici. Pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos, ut par est, provideantur quatuor fanalia, umbella serica albi coloris et amigdala argentea intus inaurata – clavis tabernaculi ubi idem Sacramentum custoditur [52^v] fiat argentea – arcula in qua servantur olea sancta intus vestiatur panno violaceo coloris – provideatur tela cerata, qua mensa consecrata altaris maioris cooperiatur – item tela cerata cooperiatur portatili altaris sancti Francisci, quod etiam a lateribus claudatur et obturetur – simili tela cerata provideatur altare beatae Mariae Virginis ad Nives et eiusdem portatile paululum ellevetur ut tantisper superemineat mensae et in mensa firmetur – confessionale a parte poenitentis muniatur aliqua imagine devota – sperae ecclesiae huius parochialis Dedicationis beatae Mariae Virginis ad Nives sarciantur et muniantur crate ferrea – provideatur thronus ad usum expositionis sanctissimi Sacramenti – provideatur quoque turibulum cum navicula saltem ex oricalco – in sacristia provideatur crux cum crucifixo et tabella pro preparatione ad missam ad usum sacerdotum – in utroque coemeterio elleventur muri, ut terra sustineatur. [53] Quibus absolutis, quieti se tradidit et pernoctavit. Die dominico 2 iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, summo mane evigilans, in ecclesia parochiali Ossenici, de more cum recitatione *De profundis* suam pastorem visitationem huius loci clausit et, receptis a reverendo rectore ac populo Ossenici grati animi et multae reverentiae argumentis, iter suum cum sua familia, rheda vectus et ab eodem rectore et rusticanae militiae hominibus Ossenici, usque ad confinia Venetae ditionis associatus, arripuit. Ad dicta confinia perventus, iterum a praedicto reverendo rectore deveneratus fuit et a praefata rusticana militia pluribus

explosionibus salutatus. Obvium habuit reverendum dominum Antonium Libera, rectorem parochialis ecclesiae Sancti Blasii Burghetti Avii nec non populum laetabundum (cui genuflexo benedixit) suam illustrissimam et reverendissimam dominationem cum pio gaudio et deveneratione suscipientes, quam inter tubarum clangores et frequentes explosiones usque ad domum parochialem associarunt, in qua se recepit et suam mansionem fecit. [53^v]

[A margine: BORGHETO] Parva facta mora rebusque necessariis dispositis, sub baldachino a quatuor selectis viris gestato receptus, oblatam sibi a reverendo rectore crucem deosculatus est et ecclesiam processionaliter per consueta caeremonias petiit. In cuius limine et populum aqua benedicta aspersit et thurificationis honorem a dicto reverendo rectore accepit ac illam solemniter ingressus est. Ante altare maius, quod est unicum in hac ecclesia, genuflexus pias Deo preces fudit. Subinde altare ascendit et, praemissis antiphona, oratione et confessione, adstanti populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam elargitus est. Thronum sibi paratum ascendit et, pontificalibus violacei coloris indutus, exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio eidem ecclesiae contiguo absolvit. Sumptis subinde pontificalibus albi coloris, debitis praemissis adoratione, hymno et thurificatione, sacrosanctum Eucharistiae sacramentum visitavit, quod ad dictum altare in tabernaculo ligneo auro linito et in pixide argentea cum pede tamen cupreo sub sera et clavi tute custoditum invenit. [54] Cognovit ex factis interrogationibus animas sub hac cura, quae communicant, 214 numerari, in totum 322 et neminem esse inconfessum; lampadem die nocteque manuteneri accensam ex redditibus legatorum, de cereis vero providere communitatem cum advenis hic degentibus; debitis temporibus renovari Sacramentum; cum eodem die festo Corporis Christi fieri processionem et pro illo decenter associando ad infirmos extare baldachinum, umbellam, thronum nec non ostensorium pro expositione; quando ad infirmos defertur dari signa et publicari indulgentias associantibus concessas; demum communicatis in Paschate schedas distribui. Subinde nonnullis utriusque sexus christifidelibus sacrosanctum Eucharistiae sacramentum ministravit et, emissa pia praeparatione, sacerdotalibus indutus missam celebravit. Actis vero Deo optimo maximo debitis gratiis, se se in aedes parochiales recepit et prandium sumpsit. Illustrissimus vero dominus vicarius generalis visitavit coemeterium et ordinavit ut in ordinatis. [54^v] Die antedicta 2 iunii 1737 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, sub baldachino ut ante receptus, in ecclesiam descendit et, facta in ingressu aquae benedictae aspersione et fuis ante altare maius piis Deo precibus, collectos pueros ac puellas, adstante utriusque sexus populo per consueta signa convocato, paterna sua caritate per varias interrogationes de misteriis principalioribus sanctae fidei aliisque ad aeternam salutem spectantibus expertus est et satis instructos invenit; de regimine pariter et frequentia tanti operis perquisivit et plurimum in Domino hoc pium opus omnibus et singulis comendavit nullique labori parcere ad maiorem Dei gloriam et animarum saluti hortatus est. Pontificalibus subinde indutus, nonnullis utriusque sexus fidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. Quibus habitis, ad aedes parochiales se restituit, quieti se dedit et pernoctavit. Die lunae 3 iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, ut supra sub baldachino receptus, clangentibus tubis, pulsantibus campanis inter [55] frequentes explosiones, ad ecclesiam parochialem praedictam venit et, facta aquae benedictae aspersione in limine eiusdem, illam ingressus ante altare maius genuflexus piam pro missa praeparationem emisit; sacerdotalibus paramentis indutus, sacrosanctum missae sacrificium absolvit et aliquot utriusque sexus christifideles Eucharistiae sacramento paterno amore cibavit. Actis vero Deo optimo maximo gratiis, suae visitationi incumbens visitavit olea sancta, a cornu evangelii in arcula ad hoc parata sub clavi custodita, quae percipit reverendus rector a plebe Avii, cuius est filialis. Fontem baptismalem, in angulo ecclesiae a cornu evangelii erectum et sub rastris ligneis custoditum. Vidit confessionale pro sacramentalibus confessionibus excipiendis, ad quem usum alia duo vidit a latere altaris in chorum prospicientia, quae removeri debere mandavit. Unicum altare ligneum cum portatili, divo Blasio titulari dicatum. De omnibus a communitate una cum advenis hic morantibus [55^v] manuteneretur. In choro loco iconis extant effigies seu statuae beatae Mariae Virginis, sancti Blasii et sancti Rocchi. Habetur onus missarum hic celebrandarum prout in policea a reverendo rectore praesentanda et in fine huius reponenda, a quo adimplentur. Duae in hac ecclesia vigent societates, una scilicet sancti Blasii et altera doctrinae christianae, quae pro quolibet confratre defuncto celebrare faciunt missas tres. Nondum vero est instituta societas sanctissimi Sacramenti, unienda dictae societati sancti Blasii prout decretum fuit in visitatione gradonica habita die prima maii 1718. Vidit sacristiam et sacras suppellectiles ac vasa sacra pro missae celebratione et sacribus functionibus peragendis. Vidit demum totam ecclesiam et in aedes parochiales se recepit et quieti indulsit. Illustrissimus dominus vicarius generalis expertus est obstetrices, scilicet Sanctam viduam quondam Martini Stevanini annorum 40 circiter, Catharinam uxorem Antonii Orti annorum 39 et Dominicam uxorem Sancti Bertolini annorum 45, quas sufficienter instructas invenit. Sumptis informationibus a fide dignis de vita, moribus et diligentia in suo munere fungendo reverendi rectoris, bene relatum fuit. [56] Subinde comparuit reverendus dominus Antonius Libera, sacerdos de Avio aetatis suae annorum 51 circiter,

rector huius parochialis ecclesiae Sancti Blasii Burghetti veronensis dioecesis, filialis plebis Avii, a qua fuit separata et est de iurepatronatus eligendi et praesentandi alternis vicibus admodum reverendi domini archipresbyteri plebis Avii et communitatis Burghetti; ipse rector electus et praesentatus fuit ab admodum reverendo domino Andrea Brighenti archipresbytero Avii, institutus vero cum bullis episcopalibus diei 30 ianuarii 1717, quas ostendit; praesentavit autem policeas iuxta edictum, in fine huius libri repositas sub littera F. Obtulit quoque libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum et status animarum, quos vidit et lustravit et ordinavit ut in ordinatis. Interrogatus de suo populo et an sint publici peccatores, usurarii, haeretici, vel de haeresi suspecti, concubinari et cetera, de quo recte respondit et nullum esse huius farinae virum, quod ipse sciat. Eo dimisso, comparuit reverendus dominus Omnibonus Ceruti, sacerdos Burghetti aetatis annorum 62 circiter, aliquando munere confessarii functus, ex licentia oretenus habita. [56^v] Pro qua ecclesia Sancti Blasii Burghetti, filialis et sub vicaria foranea plebis Avii, facta fuerunt infrascripta ordinata, videlicet Ordinata. Decreta in visitatione gradonica 1718 emanata servantur et executioni mandentur – provideatur parvus thronus ad usum sanctissimi Sacramenti dum ad infirmos defertur, nec non pro decenti associatione eiusdem sanctissimi Sacramenti provideantur quinque fanalia, quorum unum sit principale et praecedens – provideatur tabernaculum seu capsula decens, intus panno albo serico vestita, ubi servari possit honorifice sanctissimum Sacramentum in hebdomada maiori – tabernaculum, in quo sanctissimum Sacramentum in praesentiarum custoditur vestiatur intus panno albo serico – capita et ossa defunctorum in coemeterio inhumata sepeliantur – in angulis vero eiusdem coemeterii erigantur cruces – locus seu arca in qua custodiuntur olea sancta vestiatur intus panno violacei coloris – rastra quae sepiunt baptisterium muniantur sera et clavi periterque sub sera servetur sacrarium – [57] aliud confessionale construatur iuxta decentem et canonicam formam, in ecclesia erigendum in loco apto et libero, pro sacramentalibus fidelium confessionibus excipiendis; illa vero duo quae a lateribus altaris existunt et in chorum prospiciunt sint suspensa et illinc removeantur – provideatur tela stragula, qua altare cooperiatur; pro ipso altari duo saltem provideantur conopea, alterum coloris violacei, alterum variorum colorum – provideatur tela, qua effigies seu statuae in choro loco iconis existente cooperiantur – statua resurrectionis tempore paschali errigenda muniatur vexillo – suppellectiles sacrae laudabiliter sarciantur debitisque temporibus mudentur – sperae vitreae in fenestris ecclesiae restaurentur et muniantur cratibus ferreis – construatur liber in sacristia servandus, in quo quotidie in hac ecclesia celebrantes se describant – libri parochiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum renoveantur et ordine alfabetico ordinentur. [57^v] Quibus habitis et cetera. Die antedicta 3 Iunii 1737 post prandium. Plurimis obsequi et grati animi argumentis a reverendo rectore et populo Burghetti receptis, in eandem ecclesiam parochialem descendit et genuflexus fuis Altissimo piis precibus cum recitatione *De Profundis* suam pastorem visitationem absolvit. Rhedam subinde ascendit et, associatus ab eodem rectore et hominibus armatis de Burghetto, iter suum direxit ad parochialem ecclesiam Sancti Martini de Pilcante, viam tenens per locum Alae, cuius parochialem ecclesiam, devotione motus, adivit ibique oravit, multa urbanitate et reverentia ab eiusdem archipresbytero exceptus, qui usque ad portum suam illustrissimam et reverendissimam dominationem associatus est. Porro cum gaudio et pio apparatu reverendus rector cum clero ac populus Pilcantis processionaliter multa devotione et reverentia praesulem suum suscipiunt et ad aedes parochiales inter frequentes explosiones, tubarum clangores et campanarum sonitum, perducunt. Quo perventus, ibi quieti se tradidit suamque mansionem fixit.

[58] [A margine: PILCANTE] Die martis 4 mensis iunii 1737. Summo mane expergefactus, volens illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus suum solemne<m> habere ingressum in praefatam ecclesiam parochialem domum reliquit et, sub baldachino receptus, deosculata prius sibi a reverendo rectore oblata cruce processionaliter per consuetas sacras caeremonias pulsantibus campanis, clangentibus tubis et frequentatis explosionibus, ecclesiam ipsam adivit. In eiusdem limine populum genuflexum aqua benedicta aspersit et, recepto a dicto reverendo rectore thurificationis honore, solemniter illam ingressus est. Ante altare maius genuflexus, piis preces Altissimo fudit; deinde illud ascendit et, praemissis oratione ac confessione, populo benedixit, suam episcopalem indulgentiam omnibus interessentibus impartitus est. Ad thronum sibi honorifice a cornu evangelii paratum venit, ubi pontificalibus violacei coloris indutus fuit et exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio absolvit. Sumptis vero sacris paramentis albi coloris debitisque praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in [58^v] tabernaculo ligneo auro linito et in pixide cuprea inaurata sub sera et clavi tute custoditum. Interrogatus reverendus rector respondit animas sub hac cura quae communicant numerari 312, in totum 460; lampadem nocte dieque accensam se pro medietate anni manutenere et pro alia medietate manuteneri a massario societatum et beatae Mariae Virginis, a quo providentur etiam cerae; sanctissimum Sacramentum debitis temporibus renovari; cum eodem die festo Corporis Christi fieri processionem; cum ad infirmos deferri contingat, decore associari et propterea extare fanalia quatuor,

baldachinum, umbellam, quae visa fuere; tandem communicatis in Paschate distribuere schedas. Subinde plurimo utriusque sexus populo sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministravit. Quo reposito, piam pro missa praeparationem emisit et, sacerdotalibus indutus, sacrosanctum missae sacrificium peregit. Iterum paterna charitate eucharistico Pane aliquot utriusque sexus christifideles cibavit. Porro, debitis Deo optimo maximo gratiis actis, doctrinae christianae examen habere voluit. Itaque per varias interrogationes de misteriis sanctae fidei aliisque [59] ad aeternam salutem necessariis mares et foeminas diligenter expertus est et laudabiliter instructos invenit. Perquisivit quoque de diligentia et regimine tam pii operis et ut omni studio collatur, nulli parcendo labori ad maiorem Dei gloriam animarumque salutem omnes et singulos enixe in Domino hortatus est. Quibus absolutis, properata iam hora et defatigatus, in aedes parochiales se se recepit, quieti indulsit et prandium sumpsit. Interim illustrissimus dominus vicarius generalis recognovit requisita et mandata infrascriptorum sacerdotum, qui cum debita reverentia se se coram sua illustrissima dominatione sisterunt, scilicet: reverendus dominus Ioannes Saiani, simplex sacerdos de Pilcante aetatis suae annorum 33 circiter. Reverendus dominus Ioannes Baptista Gardumi, sacerdos simplex eiusdem loci aetatis annorum 34 circiter. Reverendus dominus Antonius Echerli, sacerdos de Pilcante et confessarius cum mandato hodie ad annum confirmato, aetatis annorum 32 circiter. Reverendus dominus Franciscus Eccheli, simplex sacerdos eiusdem loci aetatis annorum 50. [59^v] Venerabilis clericus Laurentius Eccherli, in minoribus constitutus aetatis annorum 21 circiter. Die antedicta 4 iunii 1737 post prandium. Convocato iam per consueta signa huius loci de Pilcante populo, ultra quamplurimos advenas huc conventos, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, sub baldachino receptus ut ante, ad ecclesiam venit et, fuis Altissimo precibus, pontificalibus indutus Confirmationis sacramentum ministravit et quamplurimos utriusque sexus christifideles sacro Crysmate in fronte linivit, ita ut nimis defatigatus parumper in aedibus parochialibus se quieti dare debuit. Aliquantulum recreatus, ad parochialem ecclesiam praedictam se restituit et, in sua visitatione insistens, visitavit olea sancta, in vasculis stanneis et in arcula a cornu evangelii altaris maioris sub sera et clavi custodita; percipiuntur a plebe Brentonici. Fontem baptismalem, qui modo provisionaliter causa reaedificationis ecclesiae servatur in sacristia. Confessionale in ecclesia expositum pro excipiendis utriusque sexus fidelium sacramentalibus confessionibus. [60] Altare maius ligneum cum portatili et icone sancti Martini in choro existente; manutinetur ex redditibus sacristiae. Altare beatae Mariae Virginis ligneum cum portatile et effigie seu statua eiusdem beatae Mariae Virginis, in arca lignea custodita; est de ratione ecclesiae et manutinetur ut ante ex redditibus sacristiae. Altare sancti Antonii, ex marmoribus eleganti forma piorum eleaemosinis exstructum, cum portatili; manutinetur ex propriis redditibus, ex legato quondam Petri Bresavola assignatis, super quibus invigilat massarius, a reverendo rectore et aliis massariis deputatus rationemque reddit reverendo rectori; ad idem altare habetur perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum iurispatronatus eligendi et praesentandi familiae de Ecchelis et familiae de Montaneis, vi erectionis quondam domini Bonifacii Montaneae; eiusdem beneficii modo est rector reverendus dominus Franciscus Antonium Eccheli, institutus cum bullis episcopalibus diei 14 aprilis 1710, visis et restitutis, cuius onus est celebrandi missas sex quolibet mense; hic quoque viget erecta societas Conceptionis beatae Mariae Virginis, nullis ditata redditibus et eleaemosynas quas percipit in beneficium altaris impendit. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, ex marmoribus usque ad gradus, ex [60^v] piorum eleaemosinis erectum cum portatili, de ratione societatis eiusdem beatae Mariae Virginis ibi erectae, a qua de omnibus manutinetur et habet redditus ex quibusdam legatis, quos regit massarius ut ante a reverendo rectore et aliis massariis electus et idem massarius rationem reddit de sua administratione eidem reverendo rectori. Ex legatis hic celebrari debent missae duae singulis diebus festis beatae Virginis Mariae et aliae missae duae mense februarii et aliae celebrantur pro confratribus defunctis. Altare sancti Nicolai ligneum cum portatili, de ratione familiae de Saianis, a qua de omnibus manutinetur; ex legato quondam Ioannis Saiani onus extat missae celebrandae singulis diebus dominicis, cui oneri satisfacit reverendus dominus Ioannes Saiani. Missa quoque celebranda hic est ex legato quondam Petri Saiani die sancti Martini et die sancti Nicolai. Cum vero bona huic oneri duarum missarum obnoxia assertum fuerit esse deperdita, istitum fuit ut eiusdem oneris decretaretur dispensatio; cui instantiae responsum fuit ut illi ad quos spectat curam adhibeant bona ipsa inquirendi et recuperandi; quod si id inutile erit, tunc servatis servandis doceant et satuetur quidquid et cetera. Visitavit sacristiam et sacras suppellectiles ac vasa sacra pro [61] missae celebratione et sacris functionibus peragendis et sufficienter esse provisum cognovit. Vidit coemeterium et totam ecclesiam, divo Martino dicatam et consecratam, cuius consecrationis dies agitur die 18 aprilis singulis annis. Quae ecclesia modo est in reaedificatione, cum duabus cappellis pro duobus altaribus. Vidit quoque domum parochialem et subinde se contulit ad visitandum oratorium infrascriptum, scilicet [a margine: Sanctissimo Sacramento] publicum oratorium societatis sanctissimi Sacramenti, prope ecclesiam parochialem exstructum. Unicum ibi extat et visitavit altare ligneum cum portatili, a societate praedicta sanctissimi Sacramenti de omnibus manutentum, quae societas oratorium ipsum

manutenet ex eleemosynis confratrum, cum redditus habeat pauperimos sine oneribus missarum. Eiusdem confratres induunt saccum coloris rubri et reguntur iuxta eorum capitula alias approbata et confirmata, quae exhibuerunt et ex eorum instantia iterum fuerunt approbata et confirmata, illos hortans ut capitula ipsa diligenter observent continuo Deum eiusque gloriam prae oculis habentes, cum ad Dei cultum dicta societas die 20 martii 1682 [61^v] fuerit erecta et die 2 maii 1718 approbata. Vidit coemeterium contiguum, de quo ordinavit ut sequitur, videlicet: Ordinata. In angulis eiusdem coemeterii erigantur cruces – erbae ibi crescentes saepe radantur et comburantur arboresque et vites in eo existentes succidantur et eradicentur – muri quibus dictum coemeterium clauditur restaurentur. Confratres eiusdem societatis humiliter insteterunt a sua illustrissima et reverendissima dominatione sibi fieri et concedi prout in eorum supplicatione, tenoris ut sequitur videlicet: Eccellenza illustrissima e reverendissima. Die 4 iunii 1737 in visitatione Pilcantis praesentata per infrascriptos confratres, instantes et cetera. Sino dall'anno 1657 fu supplicato l'illustrissima superiorità di Verona di fare una divota adunanza o sii confraternità del santissimo Sacramento e, perché a quel tempo non si potevano fabricare in altro luogo un oratorio per cantare e porgere lodi alla gran Madre di Dio, fu perciò benignamente concesso da detta illustrissima superiorità tal erezione nella nostra chiesa parrocchiale, come da nostro libretto, abenché [62] lacero o, per dir meglio, confirmati li capitoli presentati, fu pure – dico – eretto detto oratorio nella detta nostra chiesa al tempo concesso e supplicato e per molti anni in quello essercitato e cantato il divino officio, così perché, doppo certo tempo che erano rettore di detta chiesa il quondam reverendo signor don Paolo Tomezzoli, fu dal medesimo fatto certo ricorso e doglianza presso l'illustrissima superiorità con rappresentarli che detti confratelli nel cantare detto officio gli disturbavano le sue funzioni e massime le confessioni. Così fu risolto e deliberato, e massime nella visita che fece il quondam illustrissimo e reverendissimo Giovanni Francesco Barbarigo di grata memoria, lui medesimo destinò il sito nel nostro cimiterio dove di presente si ritrovano eretto il detto nostro oratorio, come pure nel medesimo tempo fu vocalmente supplicato il medesimo che, doppo l'eretione di detto oratorio far si potesse entro il medesimo un sepolcro per li defonti di detta confraternità. Così vocalmente fu dal medesimo anche questo concesso, come costa dal qui annesso attestato, abbenché per inavvertenza, non pensando di mai più ritrovare sinistro incerto, non si fece ponere tal [62^v] autorità sopra la carta; così poscia nell'anno 1718 fu doppo in buona parte fabricato detto oratorio et anche la sepoltura, visitato dall'illustrissimo e reverendissimo quondam Marco Gradenigo di grata memoria et non fu dal medesimo dato alcuna eccezione, ma animandoci al divoto e fervoroso proseguimento di già principiato e non dal autorità già vocalmente ottenuta e da noi continuata sopra la buona fede, perché non fu coreta né sprezzata in detta sua visita seguita nell'anno 1718. Così noi umilissimamente suplicanti tenevimo il tutto ben ordinato; però in questa fortunatissima visita di vostra eccellenza illustrissima e reverendissima, havendoci dato qualche eccezione, si sopra la benedizione di questo nostro oratorio come pure sopra la sepoltura già eretta per l'uso de nostri defonti confratelli, supplichiamo dunque l'innata bontà e benignità di vostra eccellenza illustrissima e reverendissima in approvare e confirmare l'autorità et erezione di detta sepoltura, come meglio dir prima dovevimo della sua benedizione oppure a quanto le nostre ignoranze, debolezze et inavvertenze avesse mancato, acciò per l'avvenire siamo sempre più infervorati in lodare e cantare lodi all'eterno Monarca, come pure alla grande Imperadrice del cielo [63] sarà supplicata la benignità di vostra eccellenza si in gratiarc che darci il lume et animarci in ben servire e glorificare il medesimo nostro caro Iddio, acciò ci doni in questa vita la sua santissima grazia e nell'altra la sua santissima gloria. Grazia per la quale sempre et incessantemente ci obblighiamo porgere divote e fervorose preghiere al Cielo per una lunga conservazione dell'eccellenza vostra illustrissima e reverendissima e baciandoli la sacra veste ci protestiamo dell'eccellenza vostra illustrissima e reverendissima umilissimi, devotissimi, obligatissimi servi e rispettivamente sudditi spirituali. Li confratelli del santissimo sacramento di Pilcante.

Die 16 iunii 1737 in visitatione Avii. Supplicationibus nobis oretenus in actu nostrae visitationis parochialis ecclesiae Pilcantis humiliter per confratres sanctissimi Sacramenti porrectis et in his scriptis repetitis pro approbatione eorum oratorii super coemeterio iam erecti et sepulturae pro iisdem confratribus ibi extructae, oratorium ipsum et supulturam, attento illius reverendi rectoris assensu, approbamus ad effectum ibi conveniendi [63^v] pro eorum piis operibus exequendis et confratribus sepeliendis, sine tamen ullo vel minimo praeiudicio iurium parochialium, quae semper intacta et illaesa remaneant et ita et cetera, omni et cetera. In quorum fidem et cetera. Ioannes episcopus veronensis.

Quibus habitis, ad aedes parochiales reversus, informationes sumpsit a fide dignis testibus de vita, moribus et diligentia in suo munere fungendo reverendi rectoris, de quo recte responsum fuit, prout etiam de clero huius parochiae. Comparuit Iacobus Eccheli massarius, una cum aliis decem hominibus dicti loci de Pilcante et humili cum reverentia insteterunt suam illustrissimam et reverendissimam dominationem dignari decidere super controversiis vertentibus inter communitatem et reverendum rectorem, quarum schedam praesentarunt

et sunt, videlicet: Nota di controversie che ha questa comunità contro il reverendissimo signor arciprete qui di Pilcante. Primo, che questa comunità si sente molto aggravata per le cere delli funerali de defonti, perché se si dà sepoltura a un defonto oggi e se dimani si vuole farli officio, [64] vi vuole nuove cere. 2° - Che questa comunità non s'intende di pagare ovvero di concorrere alle spese delle visite di sua eccellenza reverendissima nel tempo che viene in visita, che però s'intende detta comunità di fare quello che farà il vicariato di Brentonico et Avio. 3° - Che il reverendissimo nostro signor arciprete ha riferito a questo consiglio che non vuole fare il pasto alli cantarini, che lo vuole fare alli sacerdoti, così la comunità s'intende che sia fatto alli cantarini. Così preghiamo sua eccellenza reverendissima a far buona giustizia. Die 4 iunii 1737, in visitatione Pilcantis producta per Iacobum Eccheli massarium nomine et cetera, instando et cetera. Dicta die, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, auditis instantiis sibi per massarium et homines communitatis de Pilcante factis visisque controversiis supradescriptis sibi praesentatis, cum primae et tertiae controversiae responderit et super ipsis decreverit illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus Gradonicus in sua visitatione die 2 maii 1718 [64^v] habita, decretis ipsis standum esse iudicavit; quo vero ad controversiam secundam, communitas ipsa dicat et deducat, servatis servandis et reverendo rectore citato iura sua sibi post suum red[d]itum Veronam, reservando decidere quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera. Ioannes episcopus veronensis.

Subinde comparuit reverendus dominus Paulus Salvetti, rector parochialis ecclesiae Sancti Martini de Pilcante, alias sacerdos de Avio, agens modo aetatis suae annum 52 circiter et, debita cum veneratione, ostendit bullas apostolicas, quibus anno 1721 provisus fuit hoc beneficio, quod per concursum obtinuit iuxta formam sacri Concilii tridentini nec non libros parochiales, baptizatorum scilicet, matrimoniorum, mortuorum ac status animarum et libros quoque computorum societatis sanctissimi Rosarii et altaris sancti Antonii, quorum massarii ut supra deputati coram se singulis annis rationem reddunt. In quibus libris cum nonnulla appareant residua, mandavit uti debere maiori diligentia et quatenus opus sit procedendum esse via iuris contra renitentes. Praesentavit quoque policeas, iuxta aedictum, huius suae ecclesiae, [65] quae subest domino vicario foraneo Brentonici et policeas ipsas in fine huius libri sub littera **G** reposui. Interrogatus de suo clero et populo et an hoc in loco sint pubblici peccatores, usurarii, adulteri, haeretici vel suspecti de haeresi aut huiusmodi generis alii, respondit bene de clero et etiam de populo nullumque dicti generis hominem sub sua parochia quod sciat – Deo dante – extare; immo et obstetrices bene instructas esse de ministrando baptismo in casu necessitatis asseruit. Quapropter illustrissimus et reverendissimus praesul, resservata visitatione oratorii Sanctae Luciae infra limites Sancti Martini de Pilcante cras in itinere ad Brentonicum facienda, cum infrascriptis ordinationibus suam huius parochiae visitationem crastino mane de more claudendam absolvit et pernoctavit. Ordinata pro parochiali Pilcantis. Crux pixidis in culmine cooperculi erecta firmetur – tabernaculum in quo sanctissimum Sacramentum servatur intus panno albo serico vestiatur – provideatur fanale maius principale et quatuor fanalia [65^v] cum umbella quae extant laudabiliter sarciantur – provideatur capsula nucea pro custodiendo oleo infirmorum – confessio male muniatur cratibus novis cum foraminibus spissioribus – instituatur liber in sacristia servandus, in quo quotidie describantur missae celebratae cum nominibus, cognominibus et locis celebrantium, qui celebrantes propria manu se se describant – ianua ecclesiae parochialis prout indiget laudabiliter sarciantur. Porro, cum ad hanc parochialem pertineat supplicatio et decretum die 16 iunii 1737 in visitatione Avii emanatum, de subrogatione ad favorem familiae de Pizzinis, hic illa describam et sunt, videlicet: Eccellenza reverendissima. Die 16 iunii 1737 producta per nobilem dominum Ioseph Pizzini iuris utriusque doctorem, sacrae cesareae maiestatis consiliarium et commissarium, filium suprascripti nobilis domini Nicolai, nomine et cetera, instando et cetera. Desiderando sgravarsi d'annuo livello d'uno staro segala, di cui sta soggetta in favore delle raggioni parrocchiali di Pilcante certa nostra casa rusticale, surrogavessimo in [66] piena proprietà di queste un fondo esistente pure nello stesso regolare in contrada al Lusarel, quando l'eccellenza vostra reverendissima, sul riflesso dell'evidente vantaggio ne riporta la chiesa e nella rendita e nel dominio, ci donasse benigna la permissione, che perciò supplichevoli implorando favorevole graziosissimo rescritto, con profondissimo inchino restiamo e dedicati e consecrati: dell'eccellenza vostra reverendissima umilissimi devotissimi et obbligatissimi servitori Nicolò e nipoti Pizzini de Hochenbrunn. Die 16 iunii 1737 in visitatione Avii. Visa, lecta et mature considerata supplicatione antedicta, illam admisimus et, audito admodum reverendo domino Paulo Salvetti rectore parochialis ecclesiae Pilcantis, attestante de evidenti utilitate ecclesiae in supplicata subrogatione, maxime nullo extante fundamento de obligatione expressa domus in dicta supplicatione in parte vel in totum, subrogationem petitam faciendam decrevimus, nostram proinde opportunam super eadem tribuendo auctoritatem, salvis semper [66^v] iuribus ecclesiae et dummodo solemne conficiatur instrumentum cum solita obligatione de evictione in forma et cetera et ita et cetera, omni et cetera. In quorum fidem et cetera. Ioannes episcopus veronensis et cetera.

Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus summo mane ex lecto surrexit et, cum omnia iam pro suo itinere opportuna missa ab admodum reverendo archipresbytero Brentonici et parata fuerint, ad ecclesiam parochialem de Pilcante venit et de more cum *De Profundis* pastorem suam visitationem clausit. Postea, multae devenerationis argumentis receptis tum a reverendo rectore (se excusante ne comitem se det in itinere ut obsequium suum ac desiderium poposceret, malae valetudinis causa) tum a clero et populo de Pilcante ab eccellente utriusque doctore domino Francisco Balista nepote, admodum reverendo domino archipresbytero aliisque sacerdotibus cleri Brentonici receptus comitatusque ab hominibus nec non sacerdotibus de Pilcante suaque familia, Brentonicum equitando iter suum direxit. In itinere illustrissimus dominus vicarius generalis visitavit [67] [a margine: Santa Lucia] simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub invocatione Sanctae Luciae, infra limites parochialis ecclesiae de Pilcante. Unicum ibi vidit et visitavit altare ligneum cum portatili quod, prout tota ecclesia, manutinetur a confratribus societatis eiusdem sanctae Luciae ibidem existentis piorum eleemosynis, cum redditus ipsius societatis sint parvi, pro quibus percipiendis et regendis deputatur – ut ante dictum fuit dum de parochiali actum est – massarius qui reverendo rectori de sua administratione rationem reddit. In hoc altari celebratur aliquando ex devotione et assertum fuit non extare onera. Retro altare vidit chorum, qui inservit pro sacristia et visitavit vasa sacra ac sacras suppellectiles, ibi in armario nuceo servatas, pro celebratione missae opportunas et neccessarias. Visitavit confessionale, in ecclesia positum de licentia reverendi rectoris pro sacramentalibus poenitentium confessionibus excipiendis. In domo contigua, quam visitavit, inhabitant Hieronymus Prandini de Caprino aetatis suae annorum 58 et [67^v] Antonius Poli de Valarza, tridentinae diaecesis aetatis suae annorum 78, heremita tertii ordinis sancti Francisci, qui invigilant ad custodiam dictae ecclesiae. Ordinata. Fenestrae dictae ecclesiae muniantur ramatis. Quibus habitis et cetera. Hic illustrissimus et reverendissimus praesul obvios habuit deputatos communitatis Brentonici, suam illustrissimam et reverendissimam dominationem multo obsequio devenerantes, qui se se comites postea dederunt. In eodem itinere illustrissimus dominus vicarius generalis visitavit [a margine: Sant’Antonio] simplicem campestem ecclesiam seu publicum oratorium sub invocatione Sancti Antonii, anno circiter 1666 a quondam reverendo domino Ioanne Bernardo de Iannatiis erectum in contracta Scalarum, infra limites parochialis ecclesiae Brentonici. In hoc oratorio unicum habetur altare, quod visitavit, marmoreum cum portatili et icone, in quo altari celebrandae sunt quot annis missae duodecim ex legato praedicti reverendi fundatoris, tres ex legato quondam reverendi domini Bartholomaei Casanelli, aliae tres ex legato quondam Ioannis Dominici Scarperii et duae ex legato quondam Antonii Francesconi, [68] quas, una cum aliis ex devotione, celebrat reverendus dominus Ioannes de Ioannatiis, ad praesens cappellanus. Altare autem et hoc oratorium manutinetur ex redditibus legatis a praefato quondam reverendo domino Bernardo de Ioannatiis fundatore aliisque, summam in totum implentibus librarum centum et ultra singulis annis, quos redditus percipit ac gubernat massarius a familia de Ioannatiis electus, qui tamen rationem suae administrationis reddit admodum reverendo archipresbytero Brentonici. Visitavit sacristiam contiguam, a latere epistolae existentem et ibi sacras suppellectiles et vasa sacra ad usum celebrandae missae, de quibus satis esse provisum cognovit. Unica extat campanula pro convocando populo. Ordinata. Sacra suppellex indigens laudabiliter sarciatur – sperae vitreae, prout indigent, laudabiliter reparentur et sarciantur – erigatur crux ferrea in summate tecti eiusdem ecclesiae. Quibus habitis et cetera. [68^v] Iter proseguendo, viam tenens vulgo *delli Orsi*, ad planitiem montis perventus frequentibus explosionibus salutatur et ab admodum reverendo archipresbytero Martino Balista obviante obsequenter receptus, in aedes parochiales ducitur, ubi suam mansionem fixit, quievit et prandium sumpsit. Prandio sumpto, sacerdotes coeterique de clero huius plebis Brentonici ac illustrissimus dominus Antonius Monte, quatuor vicariatuum capitaneus iustitiae ad illustrissimum et reverendissimum dominum dominum praesulem cum multa veneratione et obsequio venerunt et tota reliqua huius diei pars in humanitatis et devenerationis verbis consumpta est. Postea quieti se dedit et incoenatus pernoctavit. Die iovis 6 mensis iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus praesul, prima luce de more vigilans, solemnem suum statuit habere ingressum in ecclesiam parochialem Sanctorum Petri et Pauli Brentonici. Itaque, omnibus honorifico apparato dispositis, sonantibus campanis, clangentibus tubis, organis pulsatis frequentibusque explosionibus factis, sub baldachino a quatuor selectis [69] viris gestato (scilicet illustrissimo domino Antonio Monte capitaneo, perillustri domino Ioanne Baptista Betta vicario, excellenti nobili doctore Balthessare Betta et excellenti artium et medicinae doctore Iosepho Betta) receptus, [a margine: BRENTONICO] cruce in egressu domus parochialis ab admodum reverendo domino Martino Balista archipresbytero oblata super pulvinaribus stratis genuflexus deosculatus, praecedente clero et populo consueta decantantibus, processionaliter templum ipsum adivit. Ante illius ianuam populum confluentem ac genuflexum aqua benedicta aspersit aspergillo ab admodum reverendo archipresbytero accepto, a quo et thurificationis honorem recepit. Templum subinde solemniter ingressus est et, ante altare maius progressus et in parato faldistorio genuflexus, Altissimo preces fudit. Interim ab admodum reverendo archipresbytero et

clero solitis persolutis, altare ascendit et, decantata titularis oratione illoque deosculato, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam de suo mandato, confessione praemissa, publicatam impartitus est. Ad sibi paratum thronum, ubi duo sacerdotes dalmaticis induti illi inservituri praestolabantur, venit; pontificalibus [69^v] violacei coloris indutus, in ecclesia et coemeterio de more persolvit exequias. Sumptis postea apparamentis albi coloris, debitis praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo marmoreo eleganter elaborato et pixide argentea intus inaurata honorifice custoditum et sub clavi et sera tute servatum; pro cuius magis honorifico cultu extat societas eiusdem sanctissimi Sacramenti, antiquitus erecta. Perquisitus admodum reverendus archipresbyter respondit sub hac cura animas quae communicant numerari 1215, in totum vero 1763; lampadem nocte dieque accensam a se manuteneri, de ceris vero partim communitatem partimque societatem sanctissimi Sacramenti providere; communicatis in Paschate propriis parochianis schedas distribuere; festo Corporis Christi processionem cum Sacramento fieri illudque debitis temporibus renovari; cum ad infirmos deferri contingat, debitum cultum servari et honorifice associari; propterea [70] extare omnia ad id opportuna et neccessaria, scilicet fanalia, baldachinum, thronum, vexillum et alia parata, ostensa et una cum perpulcro ostensorio visa; associantibus autem impartitas publicari indulgentias populumque cum consuetis signis ad tam pium opus convocari. Reposito autem Sacramento, iterum ad thronum venit et, emissa pia praeparatione pro sacro faciendo, sacerdotalibus indutus, iisdem sacerdotibus assistentibus, missam celebravit actisque Deo optimo maximo debitis gratiis, in aedes parochiales se se recepit et prandium sumpsit, ad quod eius humanitas vocavit et comensalem voluit praefatum dominum capitaneum Antonium Monte. Die antedicta 6 iunii 1737 post prandium. Praefatus illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, una cum suo illustrissimo domino vicario generali et reverendissimo suo auditore, pro tribunali sedit. Comparuit admodum reverendus dominus Martinus Ballista iuris utriusque doctor, archipresbyter et vicarius foraneus parochialis ecclesiae Sanctorum Petri et Pauli de Brentonico aetatis suae annorum 62 circiter et, ea [70^v] qua decet reverentia, praesentavit bullas episcopales huius beneficii, Veronae die 27 februarii 1704 datas, quod per concursum obtinuit iuxta formam sacrosancti Concilii tridentini, quae eidem fuerunt restituae; praesentavit quoque policeas iuxta aedictum visitationis, quas reposui in fine huius libri sub littera **H**. Porro ostendit libros parochiales, nempe baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum et status animarum, quos lustravit et bene tentos cognovit. Interrogatus autem de suo clero et populo et an adsint publici peccatores, adulteri, usurarii, haeretici, de haeresi suspecti et inconfessi in Paschate, respondit aliquos sui cleri optare diligentiores in doctrina christiana, servitio ecclesiae et congregationibus frequentandis et nihil plus habere de quo indoleat. De suo populo, vero, neminem – quod sciat – esse publicum peccatorem, adulterum, usurarium, haeticum vel de haeresi suspectum; inconfessos tamen ex praesentata nota quatuor apparere. Illustrissimus et reverendissimus praesul eidem archipresbytero mandavit ut [71] paterna charitate inconfessos in Paschate moneat ut, memores eorum salutis, praecepto sanctae Ecclesiae pareant; quod, si cor induraverit, referat ut de opportuno remedio providere possit; referat pariter de negligentia sacerdotum vel clericorum in doctrina christiana, in servitio ecclesiae praestando et frequentandis congregationibus ut, si post monitionem factam non paruerint et quae ad suum statum spectant non exequantur, opportune quoque providere valeat et ita et cetera. Subinde ad computa devenit reddituum et expensarum societatum laicalium, scilicet sanctissimi Sacramenti, sanctissimi Rosarii, beatae Mariae Virginis a Carmelo, Sanctissimae Trinitatis, beatae Mariae Virginis a Cintura, sancti Antonii abbatis, beatae Mariae Virginis de Crusano et altarium quorumcumque; propterea idem admodum reverendus dominus archipresbyter libros ad hoc confectos et penes se custoditos ostendit, cum exactor generalis earumdem societatum et altarium ab ipso reverendo archipresbytero deputetur, sibi de sua administratione rationem reddat et ad eius nutum, debitis supportatis oneribus, quidquid [71^v] superest impendatur pro beneficio tamen sacristiae, altarium vel ecclesiarum, prout necessitas et ecclesiae cultus et nitor magis suadet. In praesentiarum exactor generalis dictarum societatum et altarium est dominus Gaspar Zanini, ab ipso admodum reverendo archipresbytero iamdudum deputatus et in visitatione tum barbadica tum gradonica approbatus, qui et ipse comparens multa deveneratione sua computa et suae administrationis rationem redidit. Quae omnia visa, computorum policeis praesentatis sub littera **H** repositis, approbatione digna visa fuere ipseque exactor generalis Gaspar Zanini approbandus visus fuit. Qui tamen pro suis laboribus anteactis ac imposterum faciendis aliquid praemii statuendum esse a sua illustrissima et reverendissima dominatione humiliter efflagitavit, cui responsum fuit ut in scriptis quidquid intendat exaret ut quid aequum visum fuerit statuatur. Totus consumptus iam dies, quieti se tradidit et pernoctavit. Die veneris 7 mensis iunii 1737. Summo mane illustrissimus dominus vicarius generalis paratum equum ascendit et se contulit ad infrascriptum oratorium visitandum, [72] scilicet [a margine: Santi Filippo e Giacomo] simplicem ecclesiam seu publicum oratorium ab anno usque – ut fertur – 1605 erectum in monte Pozzoferara infra limites parochialis ecclesiae Brentonici, sub invocatione Sanctorum Philippi et Iacobi. Ibi unicum vidit et visitavit altare ligneum cum portatile et icone, in quo ex legato celebranda

est missa singulis dominicis mensis augusti; ad commodum vero pastorum missa quoque celebratur a mense iunio usque ad festum sancti Michaelis; quas missas modo celebrat reverendus dominus Iacobus Pilati, sacerdos de Brentonico aetatis annorum 27. Ex legato quoque die sancti Iacobi erogatur pauperibus panis pro valore sex florenorum. Oratorium hoc et altare providetur et manutenetur a massario ab admodum reverendo archipresbytero deputato, cui rationem reddit. Non extat sacristia, sed paramenta pro tempore dictae officiatorum deferuntur a parochiali ibique in capsula nucea servantur et subinde parochiali restituuntur. [72^v] Unica habetur campanula pro convocando populo. Ordinata. Antipectile altaris, prout indiget, laudabiliter sarciatur. Quibus habitis, ad parochiales aedes reversus est. Illustrissimus vero et reverendissimus praesul, sub baldachino ut ante gestato receptus, in parochialem ecclesiam descendit, sonantibus campanis, pulsantibus organis ac tubarum clangoribus et frequentibus explosionibus honoratus. Facta de more in ingressu ecclesiae aquae benedictae aspersione, ante altare maius genuflexus piam pro celebratione missae praeparationem emisit. Sacerdotalibus indutus, sacrosanctum missae sacrificium absolvit et, actis Deo optimo maximo debitis gratiis, suae pastoralis visitationi incumbens visitavit olea sancta, quae quotannis Veronae percipiuntur, in arcula marmorea a cornu evangelii altaris maioris sub ostiolo, sera et clavi custodita. Sacrum fontem baptismalem, in cappellula prope ianuam maiorem ecclesiae decenter erectum et tute sub rastris ligneis, sera et clavi custoditum. [73] Septem confessionalia in ecclesia pro sacramentalibus fidelium confessionibus excipiendis, bene disposita. Altare maius, sancti Petro et Paulo apostolis dictum, ex marmoribus eleganter constructum, cum mensa consecrata, quod retro habet chorum et ibi iconem; manutenetur ex redditibus a societate sanctissimi Sacramenti ibi antiquitus erecta, quae tenetur, vi legatorum, singulis annis celebrare facere missas triginta duas, quarum duodecim celebrantur singulis secundis dominicis cuiuslibet mensis; item haeredes quondam Gabrielis Betta onus habent hic celebrare faciendi quolibet anno missas triginta, quibus satisfactum fuit. Altare beatae Mariae Virginis a Carmelo, pariter ex marmoribus constructum, cum mensa consecrata et imagine eiusdem beatae Mariae Virginis, sub cuius invocatione habetur societas, quae ex redditibus altare ipsum manutenet et vi legatorum onus habet missarum quinquaginta quinque singulis annis celebrandis, in his compraeheensis duodecim quae celebrantur singulis tertiis dominicis cuiusque mensis nec non accensam manutenendi lampadem et officium celebrare [73^v] faciendi singulis quatuor Temporibus anni pro quondam Matthaeo Franceschini. Reverendus dominus Iacobus Festi hic tenet officiatorum seu cappellanium ex legatis illorum de Donatis et Avanzinis, vi cuius tenetur celebrare vel celebrare facere missas tres qualibet hebdomada; remanent tamen satisfaciendae missae septuaginta duae. Aliud beneficium extat seu cappellania, quam possidet reverendus dominus Antonius Beroli tridentinus; est de iure patronatus familiae Barberiae, ex legato quondam Pauli Barberi, pro qua ter in hebdomada celebrare vel celebrari facere tenetur, sed celebrandae remanent tercentum viginti duae. Haeredes quoque quondam reverendi domini Simonis Donati tenentur die 15 septembris singulis annis celebrare faciendi officium de requiem, cum interventu omnium sacerdotum huius loci Brentonici pro anima dicti quondam reverendi domini Simonis, sed per quinque annos defficiunt. Item haeredes quondam reverendi domini Melchioris Betta tenentur qualibet hebdomada quatuor missas celebrare faciendi singulis annis, pro quo onere adimplendo remanent celebrandae missae quingentae duodecim. [74] Alias extabat onus paenes haeredes quondam domini Victoris Malfatti celebrare faciendi missas viginti quatuor singulis annis, sed hoc onus, ex indulto et cetera, Tridentum translatum fuit. Altare sancti Nicolai ligneum cum portatili, de iure illorum de Perenzoni et Blancardis, ad quos spectat pariter iuspatronatus eligendi et praesentandi rectorem perpetui simplicis beneficii ecclesiastici ad hoc altare erecti; cuius rector modo est reverendus dominus Petrus Perenzoni cum bullis episcopalibus, qui onus habet manutenendi altare et celebrandi missas quatuor qualibet hebdomada, sed deficit pro missis centum nonaginta tribus. Altare sancti Antonii abbatis partim marmoreum, scilicet in mensa usque ad gradus, in reliquis ligneum cum portatili et effigie seu statua ex ligno sculpta eiusdem sancti, sub cuius invocatione viget societas, quae ex redditibus manutenet altare et onus habet singulis annis celebrare faciendi officia duo pro confratribus nec non missas duodecim. Hic quoque, vi officiatorum familiae illorum de Passarinis, celebrandae sunt quolibet anno missae quinquaginta duae, quibus oneribus integre [74^v] satisfactum fuit. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii marmoreum cum portatili, icona et effigie seu statua eiusdem beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta et arca item marmorea servata. Altare hoc est de ratione societatis sanctissimi Rosarii hic erectae, quae illud de omnibus manutenet ex redditibus quibus fruitur, cum oneribus tamen unius missae qualibet prima dominica mensis cuiuslibet et missarum quadraginta quatuor nec non officiorum quinque pro confratribus quoque anno celebrandorum. Perpetuum simplex ecclesiasticum beneficium hic erectum, de iurepatronatus illorum de Ioannatiis, possidet cum bullis episcopalibus reverendi domini Ioannes Giovannazzi iunior et onus habet celebrandi ter in qualibet hebdomada et missarum quatuor in anno pro quondam Elisabeth Giovannazzi, qui deficit pro missis biscentum undecim. Ex legato celebrandum est officium quolibet anno pro quondam Ioanne Petro Giovannazzi. Officiatura quoque habetur nuncupata Tabarina, vi cuius celebrandae sunt qualibet

hebdomada missae quatuor nec [75] non missae quinquaginta sex pro animabus purgatorii, cuius cappellanus ad praesens est reverendus dominus Lucas Tabarini, sed adimplendae remanent pro officiatu quater in hebdomada missae mille triginta una et pro annuis missis quinquaginta duabus missae mille tercentum triginta sex. Altare Sanctissimae Trinitatis, ex marmoribus exstructum cum portatili et icone, ubi viget societas Beatae Mariae Virginis a Cintura, aggregata archiconfraternitati cinturatorum Bononiae, cum participatione indulgentiarum. Haec societas manutinet de omnibus altare ex redditibus et habet onera nonnulla missarum, nempe: tenetur ad missas duodecim qualibet quarta dominica mensis celebrandas, ad alias septem pro confratribus et quatuor die festo sancti Andreae, satisfaciendas pro nobilium de Castro Barco singulis annis, quibus satisfit. Extabat officiatu unus missae qualibet hebdomada, instituta a quondam reverendo Iacobo Malfatti, a quo subinde Tridentum translata est. Aliae habentur officiatu, scilicet: [75^v] antiqua officiatu illorum de Balistis, cum onere unus missae qualibet hebdomada nec non missarum quolibet anno trium pro quondam domino Quintilio Balista, sex pro quondam Francisco Balista, quas adimplet admodum reverendus dominus archipresbyter Martinus Balista; officiatu alia nova illorum de Balistis, cum onere missarum trium qualibet hebdomada, quibus satisfacit reverendus dominus Albertus Balista cappellanus. Officiatura nuncupata Lagarina, cum onere missarum duarum quolibet anno in qualibet hebdomada nec non missarum viginti unus pro quondam domino Nicolao Balista et duodecim pro quondam Andea Balista, quarum cappellanus est reverendus dominus Petrus Zanini senior et integre satisfecit. Legatum quondam dominae Cattarinae Cipriani missarum viginti quatuor quolibet anno celebrandarum. Aliae quoque missae et officia hic recensenda sunt quae leguntur prout superius quoque descriptae in relatione admodum reverendi archipresbyteri sub littera **H** videlicet: nonnullae missae pro animabus purgatorii ab ipsarum massario satisfaciendae pro legatis quondam dominae Dorotheae Balista et dominorum de Zambusis et Civetinis. [76] Officia duo ex legato quondam reverendi domini Ioannis Giovannazzi: spectant ad eius haeredes. Missae tres qualibet hebdomada, vi officiatu Blancae eiusque cappellanus est reverendus dominus Aloysius Villa; missae centum quinquaginta quolibet anno ex legato quondam reverendi domini Blasii Balista. Missa una in anno pro quondam Andrea Taccani: spectat ad haeredes quondam Andreae Passarini. Missae tres in anno, quod onus est haeredum quondam Ioannis Petri Zanini. Altare sancti Ioseph marmoreum, cuius mensa est consecrata cum icone, ubi extat societas bonae Mortis, nullis ditata redditibus nullisque oneribus gravata – ut assertum fuit – ita ut altare ex redditibus aliarum societatum manuteneatur quod, ut reliqua sunt, est bene tentum. Visitavit sacristiam amplae structurae, armariis nuceis circumundique ornatam pro servandis vasibus sacris, sacrisque suppellectilibus ad sacras functiones peragendas et ad ornatum ecclesiae, quas visitavit et inter coetera duo vidit ostensoria elegantis formae et multi pretii et fontem [76^v] ex marmore pulcre elaboratum pro abluendis sacerdotum manibus; caeterum de omnibus abundanter et decore cognovit esse provisum et pro manutentione impenduntur redditus qui supersunt societatibus. Totam vidit ecclesiam, quam fertur fuisse consecratam, licet nullum extet consecrationis documentum, cuius consecrationis annua dies collitur die 31 augusti et in ea vidit suggestum et concionator pro tempore quadragesimali elligitur et mititur ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo veronensi. Organa, pro quibus pulsandis communitas conduit et stipe convenienti manutinet organistam. Vidit locum subteraneum altari maiori subpositum et creditur alias inservisse pro ecclesia. Vidit coemeterium prope ecclesiam a cornu epistolae, bene tentum. Vidit turrim sacram, cuius scalae indigent reparatione et mundities ibi desideratur. Cum ad multum diem perventum fuerit, in aedes parochiales se se recepit et prandium sumpsit. [77] Die antedicta 7 iunii 1737 post prandium. Pro personali sacerdotum et clericorum huius parochialis ecclesiae Brentonici hac die statuta, coram et cetera comparuerunt: reverendus Dominus Valentinus Dossi, sacerdos de Brentonico, rector ecclesiae curatae Corneti aetatis suae annorum 66 circiter, qui sui benefitii ostendit bullas episcopales datas die 6 decembris 1703. Reverendus dominus Petrus Galli, sacerdos de Corneto sub Brentonico, rector ecclesiae curatae Pradae; agit annos aetatis suae 34 et obtulit bullas episcopales sui benefitii diei 25 iunii 1733. Reverendus dominus Nicolaus Scarperi, sacerdos confessarius Brentonici cum mandato ad annum diei 8 novembris 1736, aetatis suae annorum 68 circiter. Reverendus dominus Ioannes Iannatius senior, sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 72, confessarius cum mandato diei 8 novembris 1736 ad annum. Reverendus dominus Dominicus Brunorius, sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 64 circiter, confessarius cum mandato dictae diei. [77^v] Reverendus dominus Dominicus Villa, sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 69, confessarius cum mandato ad annum die 8 novembris 1736 dato. Reverendus dominus Petrus Zanini senior, sacerdos de Brentonico aetatis annorum 54 circiter, confessarius cum mandato ut supra. Reverendus dominus Petrus Francesconi, sacerdos de Corneto aetatis suae annorum 48 circiter, confessarius cum mandato ut supra. Reverendus dominus Bartholomaeus Balista, sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 39 circiter, cum mandato confessionis ut supra ad annum concessio. Reverendus dominus Sanctus Cipriani, sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 43, confessarius cum mandato ut supra diei 14 novembris 1736. Reverendus dominus Philippus Betta, sacerdos

Brentonici aetatis suae annorum 33, confessarius cum mandato diei 13 februarii 1737 ad annum concesso. Reverendus dominus Petrus Zanini iunior, sacerdos de Brentonico annorum 32, confessarius cum mandato ad annum concesso die 5 septembris 1736. Reverendus dominus Petrus Scarperi, sacerdos Brentonici aetatis suae annorum 35, confessarius cum mandato diei 8 novembris 1736. [78] Reverendus dominus Iacobus Pilati, sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 27. Reverendus dominus Bartholomaeus Pilati de Brentonico, aetatis suae annorum 33, confessarius ad annum cum mandato diei 6 novembris 1736. Reverendus dominus Valentinus Dossi, sacerdos aetatis suae annorum 27 de Corneto, confessarius pro maribus et etiam mulieribus infirmis tantum, cum mandato ad annum diei 22 mensis maii 1737. Reverendus dominus Petrus Passerini, sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 23, ordinatus cum brevi apostolico super defectu aetatis. Reverendus domus Philippus Balista, sacerdos Brentonici aetatis suae annorum 25, confessarius pro maribus et etiam mulieribus infirmis tantum, cum mandato diei 13 februarii 1737 ad annum. Reverendus dominus Petrus Galli, simplex sacerdos de Corneto aetatis suae annorum 24 circiter. Reverendus dominus Valentinus Passerini, simplex sacerdos Brentonici aetatis suae annorum 40. [78v] Reverendus dominus Ioannes Ioannatus de Brentonico, aetatis suae annorum 45 sacerdos, cappellanus cum bullis episcopalibus diei 28 augusti 1715 perpetui simplicis ecclesiastici beneficii ad altare sanctissimi Rosarii de iure patronatus familiae de Ioannatis, qui admonitus fuit super defectu missarum ut quam citissime adimplere faciat, memor conscientiae suae. Reverendus dominus Michael Raffaelli, sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 38, qui monitus fuit de religiosa vita habenda, memor dignitatis suae, aliter et cetera. Reverendus dominus Bartholomaeus Eccheli, simplex sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 81. Reverendus dominus Iacobus Tardino, simplex sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 29. Venerabilis clericus subdiaconus Franciscus Veronese de Prada, aetatis suae annorum 22. Venerabilis clericus in habitu Maderninus Donati de Brentonico. Venerabilis clericus in habitu Valentinus filius Valentini Dossi de Corneto, aetatis suae annorum 17 circiter. Qui singulariter singuli, debita cum reverentia, eorum mandata et requisita respective obtulerunt, quae visa iisdem restituta fuere. [79] Hortati omnes et moniti negligentes fuerunt ut magis magisque in dies laborent in divino servitio, in doctrina christiana excolenda, in frequentandis divinis officiis et congregationibus, in bono exemplo populis de se praebendo, memores rationis reddendae aeterno Iudici in tremendo iudicio. Quibus absolutis, quieti indultum fuit. Ordinata. Cum notaverit defectum quamplurium missarum vi legatorum debitarum et celebrandarum, mandavit ut defectus huiusmodi et ut ad unguem legata ipsa adimpleantur tam altarium, quam societatum et cappellaniarum et arcentur via iuris debitores legatorum caventes qui negligunt, ne incidant in indignationem omnipotentis Dei iuxta iam ordinata in visitatione gradonica – provideatur fanale maius praecedens pro associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos – a confessionalibus removeantur crates legneae et ipsarum loco confessionalia ipsa muniantur cratibus lateis cum foraminibus [79v] spissis – campanile mundetur debitis temporibus et eiusdem scalae ubi egent reparentur – admodum reverendus archipresbyter debitis temporibus mittat ad curiam episcopalem attestationem de negligentia vel diligentia sacerdotum et clericorum in excolendo divino cultu, doctrina christiana et congregationibus frequentandis. Die sabbathi 8 iunii 1737. Convocato per consueta signa populo, illustrissimus et reverendissimus praesul in ecclesiam descendit, consuetis servatis caeremoniis et, ante altare maius provolutus, pias preces Altissimo fudit et se se pro missa praeparavit. Sacerdotalibus postea indutus, sacrosanctum missae sacrificium peregit et gratias Deo optimo maximo egit. Supplicationibus subinde admodum reverendi domini archipresbyteri annuendo ut dignetur congregationi casuum interesse, ad hoc hac die indictae, ut integre cognoscere possit formam eiusdem et si quid sit vel recto ordini vel eius voluntati dissonum, paterna sua caritate corrigere et quidquid sibi placuerit iubere. In sacristiam itaque se se recepit [80] una cum eius vicario generali, suo auditore generali, admodum reverendo archipresbytero et vicario foraneo ac clero huius vicariae foraneae Brentonici; inspexit ordinem et registra audivit, cum animi sui gaudio, confratrum super propositis casibus opiniones, super quibus praefatus reverendissimus dominus auditor generalis extemporanee magistraliter locutus est nec non audivit vicarii foranei definitionem ac omnia recte et cum laude procedere cognovit. Facta hora tarda, dimissa fuit congregatio et, ad aedes parochiales reversus, prandium sumpsit. Die antedicta 8 iunii 1737 post prandium. [A margine: Monte di Pietà] In hac terra Brentonici, ut pauperum indigentis consulatur, nonnullis ab hinc annis erectus extat Mons pietatis, non procul a parochiali. Illum igitur visitaturus, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus eo se contulit; erectum esse cognovit cum brevi eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis Madrucii, legati apostolici, diei 10 octobris 1613, sedente sanctissimo in Christo patre Paulo papa V, pontificatus eius nono, viso et restituto. Regitur iuxta capitula in eius erectione instituta et [80v] approbata. Deputati ad gubernium sunt massarius, notarius, sui cancellarius et estimator. In his muneribus modo sunt dominus Baltthasar Betta in munere massarii, dominus Thomas Cipriani, in munere notarii seu cancellarii et dominus Gaspar Zanini, in munere estimatoris; in his muneribus anno integro perdurant neque ad illa iterum elligi possunt nisi triennio vacationis elapso. Vidit et lustravit libros introitus et exitus capsae et pignorum nec

non perpendit esse capitalium, pignorum, denariorum et credituum eiusdem Montis. Vidit quoque loca omnia ad hoc extructa ac pignora tum in auro tum in aliis mobilibus, tute sub clavibus custodita. Cum iam et per capitula et per decreta illustrissimi et reverendissimi domini domini episcopi Gradonici in sua visitatione opportune provisum sit tam pio operi, illa approbavit, hortans Dei et proximi charitatem prae oculis semper habere et optimus finis in huiusmodi erectionibus intentus adiuvandi et sublevandi egenos et pauperes adimpleatur. Quibus habitis et cetera. Subinde visitationem infrascriptam oratoriorum habere [81] voluit et visitavit. [a margine: San Rocco] publicum oratorium Sancti Rocchi nuncupatum de Fontana, infra limites Brentonici, quod manuteneatur, una cum tribus altaribus ibi existentibus, ex redditibus gubernatis a massario ellecto ab hominibus regulae seu contratae Fontanae et Gerae; de sua tamen administratione rationem reddidit admodum reverendo archipresbytero Brentonici. Altaria sunt, videlicet: altare maius, sancto Roccho dicatum, ex marmoribus constructum cum portatili, ut supra a massario manutentum. Dependenter a redditibus et legatis, extat onus celebrare faciendi singulis annis missas sexaginta unam et officia duo pro benefactoribus, alterum scilicet die sequenti festo sancti Rocchi et alterum die sequenti festo sancti Sebastiani, qui dies festi sanctorum Rocchi et Sebastiani solemnizantur in dicto oratorio. Altare sancti Antonii patavini, pariter marmoreum cum portatili et ut supra manutentum, in quo celebratur aliquando ex devotione. Altare beatae Mariae Virginis septem Dolorum, quoque marmoreum cum [81^v] portatili, a praedicto massario manutentum, ubi similiter ex devotione aliquando celebratur. Visitavit sacristiam et sacras suppellectiles ac vasa sacra pro celebratione missae in ea servata, de quibus decore et abunde provisum invenit. Huc conveniunt confratres societatis sanctissimi Sacramenti, de licentia admodum reverendi archipresbyteri singulis secundis dominicis cuiuslibet mensis, offitium beatae Mariae Virginis recitaturi. Huius confraternitatis confratres numerantur modo centum decem et induunt cappas coloris rubri, qui obtulerunt bullam seu breve sanctissimi domini nostri Benedicti papae XIII diei 15 septembris 1725, vi cuius nonnullis fruuntur indulgentiis et gratiis. Ordinata. Portatile altaris maioris firmetur et eius rimulae obturentur – ordinata in visitatione gradonica nondum executata executioni mandentur. Oratorium sub invocatione Sanctae Catharinae appellatum [82] *sul Dosso*, infra limites parochialis ecclesiae Brentonici, [a margine: Santa Cattarina] de ratione nobilium dominorum comitum de Casto Barco. Unicum habet altare cum mensa consecrata, quod visitavit, ubi extat perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum de iure patronatus praedictorum nobilium dominorum comitum de Castro Barco, cuius rectorem fertur modo esse reverendum dominum Nicolaum Achilem Risinfelt, cum onere celebrare faciendi singulis diebus festivis et manutenendi oratorium ipsum, cum redditibus beneficii sint pingues florenorum centum circiter. Visitavit sacras suppellectiles opportunas et necessarias pro missae celebratione, de quibus pauperime est provisum; ideo ordinavit: ordinata. Provideatur alba cum amictu et cingulo – provideatur missale romanum recentis aeditionis – provideantur duae planetae, altera albi altera violacei coloris, cum suis manipulis, stolis, velis et bursis – provideatur de labello pro abluendis manibus sacerdotis tam ante quam post missam, cum suis manutergiis - [82^v] fenestrae a lateribus ianuae dicti oratorii muniantur ramatis – altare provideatur de novo antipectile nec non de tribus novis tabellis. Quibus absolutis, ad aedes parochiales se se restituit. Duae praesentatae sunt supplicationes per delegatos communitatis, quibus responsum fuit die 11 dicti, sub qua die vide et supplicationes et decreta. Illustrissimus vero dominus vicarius generalis delegatus et cetera equitando se contulit ad visitanda infrascripta oratoria, scilicet: [a margine: San Zeno di Crusano] visitavit simplicem ecclesiam seu oratorium sub invocatione Sancti Zenonis in regula Crusani, infra limites parochialis ecclesiae Brentonici, quae ecclesia alias erat consecrata et dies consecrationis agebatur die 8 decembris; modo vero tota in reedificatione est et non exiguo sumptu, eleganti modernaque forma; usque ad culmen est producta; choro una cum altari maiori, duobus altaribus lateralibus hinc inde maiori et quatuor cappellis cum aliis quatuor altaribus constabit. Ea quae extant visitavit altaria, scilicet: altare maius, divo Zenoni dicatum, ex marmoribus erectum [83] cum portatili et icone, ex redditibus manutentum et decore provisum. Ex legato quondam Iacobi Noera, tria generalia celebranda sunt officia in anno nec non eroganda sunt minalia duo tritici in panem conversi. Item ex legato celebrantur quot annis missae sexdecim pro benefactoribus, pro quibus etiam ex consuetudine celebratur semel in hebdomeda et officium quolibet anno peragitur una die infra octavam commemorationis omnium defunctorum. Ad quas missas adimplendas in praesentiarum cappellanus est reverendus dominus Ioannes Ioannatius quondam Matthaei de Brentonico. Aliquot ostensae fuerunt sacrae reliquiae, scilicet sancti Marci evangelistae in theca ex auricalco; ex ossibus costae et ex tunica sancti Felicis, in theca ex auricalco; ex ossibus sancti Andreae apostoli, in theca stamnea; ex ossibus sancti Francisci de Paula in theca argentea; ex ossibus sancti Ioannis Baptistae in theca ex auricalco; de particulis ligni sanctissimae Crucis Domini nostri Jesu Christi, in ostensorio ad formam crucis elaborato. Quas diligenter inspexit easque intactas et sigillis documentisque [83^v] iam in curia episcopali Veronae recognitis inventas, devenerando approbavit et recognovit. Visitavit oleum infirmorum et loculum in quo ad altare maius sub clavi servatur, de licentia admodum reverendi archipresbyteri Brentonici, a quo illud recipitur. Altare Conceptionis beate Mariae

Virginis, adhuc in aedificatione et solum in mensa erectum cum portatili et icone celebri, interim in sacristia servato. Manutenetur altare hoc ex redditibus, ubi erecta viget societas eiusdem beatae Mariae Virginis. Nonnullis sunt onera missarum, scilicet: unius missae qualibet hebdomada, ex legato quondam Laurae Giovanazzi; missarum viginti octo pro quondam fratribus Antonio et Ioanne Bianchi quolibet anno; septem pro quondam Dominico Peroni eiusque uxore; sex pro quondam Antonio et Catharina Noeri; duarum pro quondam Elisabeth Zanara; item duarum pro quondam Benvenuta Giovannazzi; unius pro quondam Dominica Mozzi; officium quoque missarum sex celebrand[ar]um est quolibet anno pro quondam reverendum dominum Antonio Giovanazzi et missae sequentes, nempe: [84] missae viginti quatuor pro Antonio quondam Ioannis Bianchi, quatuordecim pro Lelia Bianchi, quatuor pro Bartholomaea Antonini seu Noeri, tres pro quondam Ioanne Dominico Liprandi eiusque uxore, duae pro quondam Oliva Zanosa, duodecim per menses distributae pro quondam Dominica Perona, quinque pro quondam Blancardo de Blancardis, duae pro quondam Dominico quondam Mathaei Mozzo et duae pro quondam Ioanne eius filio, duae item pro quondam Besaia quondam Iacobi Besagna. Ex consuetudine vero pro benefactoribus celebratur missa qualibet prima dominica cuiuslibet mensis et pariter pro benefactoribus et confratribus dictae societatis semel in qualibet hebdomada. Altare sancti Francisci de Paula, recenter ex marmoribus et stuchis confectum cum portatili et icone, sine oneribus missarum et ex redditibus ecclesiae piorumque eleemosynis manutentum. Altare sancti Rochi seu sancti Angeli Custodis, ex marmoribus recenter erectum cum portatili et icone, manutentum ex redditibus, ubi consuetudo viget celebrare faciendi semel in hebdomada pro benefactoribus, quas missas celebrat ad [84^v] praeses antedictus dominus Ioannes Ioannatius. Redditus, onera et consuetudines missarum supra descriptae constant ex policea praesentata et sub littera **H** reposita. Massarius qui curam habet huius ecclesiae et eiusdem reddituum, qui summam librarum mille tercentum et ultra implent, elligitur a vicinia et rationem tenetur reddere admodum reverendo archipresbytero Brentonici. Cum tria adhuc sint in hac ecclesia aedificanda altaria, sua devotione motus reverendus dominus Dominicus Villa, sacerdos de Crusano, se se libenti animo unum aedificaturum sub titulo sancti Valentini illudque de omnibus opportunis et neccessariis esse provisurum in decus et commodum ecclesiae, nullum intendens propterea sibi et suae familiae resservatum ius patronatus, sed id esse facturum ex mera sua liberalitate et devotione; propterea humiliter supplicavit sibi id a sua illustrissima dominatione benigne concedi et ita et cetera. Similiter pietati suae indulgens, excellens artium et medicinae doctor dominus Ioannes Antonius Miliani de Crusano praedicto, cupiens altare alterum sub invocatione sancti Philippi Nerii erigere et de omnibus neccessariis laudabiliter providere, sine [85] tamen resservatione sibi neque eius familiae iuris patronatus, sed ex gratuito dono pro maiori cultu eiusdem ecclesiae, suam illustrissimam dominationem reverenter supplicavit ut dignaretur huiusmodi facultatem impartiri et ita et cetera. Illustrissimus et cetera, honestis et piis huiusmodi supplicationibus auditis, cum non ad inanem gloriam sed tantum ad cultum et decus ecclesiae tendant, illas libentissime admisit, supplicantium pietatem comendans et indulsit (quatenus id in nullius praeiudicium vertat) supplicata altaria ex mero dono ecclesiae facto erigi posse, alterum a reverendo domino Dominico Villa sub titulo sancti Valentini et alterum ab excellenti artium et medicinae doctore domino Ioanne Antonio Miliani sub invocatione sancti Philippi Nerii et ita et cetera, omni et cetera. Vidit confessionale, de licentia admodum reverendi archipresbyteri in ecclesia expositum. Visitavit sacristiam contiguam altari maiori a cornu epistolae et ibi sacras suppellectiles et vasa sacra, in armariis nuceis bene tenta, de quibus satis et abunde est provisum. Extat campanile cum duabus campanis. [85^v] Visitavit tandem coemeterium annexum a cornu epistolae, in quo tumulantur cadavera hominum habitantium in hac regula. Ordinata. Provideatur de capsula nucea pro vasculo olei infirmorum et de decentiori bursa violacei coloris. Decreta. Super supplicationibus in hac visitatione praesentatis, tenoris infrascripti, decretum fuit ut sequitur. Eccellenza illustrissima e reverendissima signor signor patron nostro graziosissimo. Die 8 iunii 1737 producta per dominum Ioannem Antonium Miliani, medicinae doctorem massariumque, nomine et cetera, instando et cetera. Essendo che la nostra vicinia di Crosano sotto la parrocchiale di Brentonico si vada alla giornata per la Dio grazia moltiplicando, contenendo all'incirca anime numero 700 (diciamo settecento), per la qual causa si è dovuto dilatare la chiesa, così parimente riesce di sommo incomodo in portarsi alla parocchiale, lontana un miglio, strada disastrosa in tempo d'inverno per lo più ingombrata di molte nevi e giacci, [86] laddove siamo neccessitati portare con questa umilissima supplica all'eccellenza vostra illustrissima e reverendissima le nostre premure per essere dalla benignità sua graziosi di poter collocare nella nostra chiesa il santissimo Sacramento, grazia per la quale nostro Signore sarà egli largo remuneratore a riflesso del beneficio ne risulterebbe non solo per la devozione e merito che ne riporterebbero le anime divote nel visitarlo, ma anche potesse in ogni tempo restar premunito de santissimi sacramenti qualunque infermo o moribondo, oltre di che moltissime persone frequenterebbero più di sovente la santissima Comunione, cause per le quali ci speranziamo degnarsi d'essaudirci, tanto più che, per quello riguarda il mantenimento della lampada, potremmo valersi delli avanzi delle rendite de legati pii aspettanti a detta chiesa mediante il graziosissimo

placet di vostra eccellenza, che sarebbe uniforme alla mente de primi fondatori di questa nostra chiesa, asserenti potersi, anzi doversi impiegare li avanzi doppo l'adempimento di tutti li legati [86^v] ed obblighi, in quello parerà e piacerà più proprio ed espediente dalli massari, in beneficio della chiesa medesima, obbligandosi in caso la detta vicinia al mantenimento della lampada del suo proprio. In mentre pregaremo l'Altissimo che lo conservi ben lungo tempo con ogni prosperità e felicità, come decente all'alto suo merito et a seconda del desiderio di chi sospirando la grazia si dà l'onore di protestarsi in perpetuo: dell'eccellenza vostra illustrissima e reverendissima umilissimi, devotissimi, obligatissimi servitori li deputati della villa di Crusano. Illustrissimus dominus vicarius generalis, visa et intellecta supplicatione antedicta, qua petitur licentia die noctue in ecclesia Sancti Zenonis de Crusano servandi sanctissimum Sacramentum, cum super hac re non sit auditus nullusque productus sit assensus admodum reverendi archipresbyteri Brentonici, supplicationem ipsam suae illustrissimae et reverendissimae dominationi remisit, ut alio tempore decernat quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera.

Eccellenza illustrissima e reverendissima signor signor patron nostro graziosissimo. Die 8 iunii 1737 in visitatione Crusani sub Brentonico [87] praesentata per dominum Ioannem Antonium Milliani massarium et cetera, nomine et cetera, instantem et cetera. Essendo che Azzantonio e Pietro fratelli Peroni di Crosano avessero tempo fa fondato sopra li proprii beni un legato di messe annuali numero cinquanta due il primo e numero cinquanta il secondo, da celebrarsi in questa nostra chiesa in perpetuo da sacerdoti nel detto legato nominati, cioè il molto reverendo signor don Bortolamio Eccheli di Brentonico e molto reverendo signor don Valentino Dossi di Cornè e poi susseguentemente come in quello al quale et cetera e ciò senza verun riconoscimento alla chiesa per il consumo delle cere, paramenti et cetera, che perciò, seguita la morte dell'ultimo fratello Peroni ricorse il massaro della chiesa al signor arciprete di Brentonico acciò facesse riconoscere la medesima et esso signore, per semplice aggiustamento – disse – che pagassero troni quatordecim all'anno, cioè sette per cadauno de sopradetti sacerdoti, come in effetto sino al giorno d'oggi hanno pagato; ma riflettendo esser poco per tal consumo de cere e paramenti, massime in comparazione d'un simil [87^v] successo in Pilcante pur diocesi di Verona, che li quondam antecessori vescovi decretarono soldi quatro per cadauna messa; così, confidato nella somma benignità e giustizia di vostra eccellenza illustrissima e reverendissima priego e supplico voler decretare a favor della nostra povera chiesa, col farci pagare quello sarà di ragione, mentre col più profondo del mio ossequio, umilmente protestandomi sino alle ceneri sono dell'eccellenza vostra illustrissima e reverendissima umilissimo, devotissimo, obligatissimo servitore Giovanni Antonio Milliani, massaro della chiesa di Crosano. Illustrissimus dominus vicarius generalis supplicatione antescrpta visa et lecta, qua supplicatum fuit ut statuatur congrua corresponsio sacristiae pro legato missarum centum duarum Peroni, maiori scilicet in quantitate quam annua contributio librarum quatuordecim, quae modo eidem sacristiae solvitur pro usu cerarum et paramentorum, decrevit videnda esse testamenta et subinde, auditis iuribus, decernet quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera. Quibus habitis et cetera. [88] [A margine: Beata Vergine Maria del Frassine in Cazzan] Subinde visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium nuncupatum beatae Mariae Virginis a Fraxine in regula seu villa Cazzani, infra limites parochialis ecclesiae Brentonici. Oratorium ipsum est elegantis structurae, ex propriis redditibus manutentum ad summam circiter librarum biscentum quinquaginta per massarium a regula seu villa deputatum, qui tamen rationem reddit admodum reverendo archipresbytero Brentonici. Tria ibi visitavit altaria, scilicet: altare maius, ex marmoribus honorifice constructum, beatae Mariae Virgini dicatum, cuius imago multae devotionis et concursus, die praecipue Nativitatis beatae Mariae Virginis, est in muro depicta, in arca marmorea sub crystallis religiose custodita. Altare est cum portatili, ubi ex legatis celebrandae sunt missae viginti una et aliae ut in policea, quibus satisfit reverendus dominus Dominicus Brunorius, sacerdos de Cazzano. Altare sancti Francisci Xaverii, eleganter pariter ex marmoribus aedificatum cum icone et portatili, ex dictis redditibus ecclesiae manutentum. Altare sancti Nicolai de Tolentino, quoque marmoreum [88^v] elegantis structurae cum portatili et icone, ut supra ex redditibus ecclesiae provisum et manutentum. Vidit confessionale pro christifidelium sacramentalibus confessionibus excipiendis, de licentia admodum reverendi archipresbyteri Brentonici ibi existens. Vidit sacristiam contiguam a latere epistolae altaris maioris, armariis nuceis ornatam pro sacris suppellectilibus servandis, de quibus est decore et abundanter provisa. Extat campanile cum duabus campanis. Vidit demum totam ecclesiam, lapidibus stratam et perpolite tentam, ita ut nihil ordinandum, immo comendavit religiosum cultum benefactorum. In ea diebus festis ob distantiam a parochiali ibi inhabitantes docentur doctrinam christianam per reverendum cappellanum, de licentia admodum reverendi archipresbyteri Brentonici. Qua de causa ibi etiam servantur neccessaria et opportuna pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos. Quibus habitis, iter proseguendo se contulit ad

parochialem ecclesiam SANCTI MATHAEI APOSTOLI DE CORNETO, filialem Brentonici, in cuius rectoris aedibus pernoctavit, [89] die sequenti in delegatione et cetera visitationem habiturus. Die dominico 9 iunii

1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, hora frequentis concursus populi, per consueta signa convocati, honorifice – ut supra dictum fuit – sub baldachino receptus, in ecclesiam parochialem descendit, quam per consuetas caeremonias ingressus est. Ante altare maius genuflexus, piam pro missae celebratione praeparationem emisit. Subinde in throno sacerdotalibus indutus ad altare maius missam celebravit et quam pluribus utriusque sexus christifidelibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministravit, multo quidem labore sed paterno amore. Actis vero Deo optimo maximo debitis gratiis, in aedes parochiales se se restituit et prandium sumpsit. Illustrissimus autem dominus vicarius generalis, suae delegationis partes adimplens dictae ecclesiae parochialis Sancti Mathaei Apostoli de Corneto [a margine: CORNÈ] filialem Brentonici, cuius rector est reverendus dominus Valentinus Dossi, sacerdos de Brentonico aetatis suae annorum 66 circiter, cum bullis episcopalibus diei 6 decembris 1703, visitationem habuit. Itaque pluviali [89^v] indutus, relicta domo parochiali, praefatam ecclesiam petiit. Ante altare maius genuflexus, pias Deo preces fudit posteaque consuetas pro defunctis in coemeterio persolvit exequias; subinde, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, sanctissimum Eucharistiae sacramentum visitavit, ad altare maius in tabernaculo marmoreo et pixide argentea intus inaurata decenter et tute sub clavi custoditum. Sub hac cura animae quae communionem sumunt numerantur 182, in totum numerum implent 286 et nemo – Deo dante – est inconfessus in Paschate. Lampas nocte dieque ante sanctissimum Sacramentum ardet accensam, quae una cum cereis manutinetur a massario ecclesiae ex redditibus legatariis; quod, si redditus non sunt satis, tunc supplet regula seu vicinia loci. Reverendus rector asseruit debitis temporibus renovari Sacramentum, communicatis in Paschate schedas distribui, processionem fieri in festo Corporis Christi cum Sacramento illudque ad infirmos decore sociari, quapropter vidit umbellam, duo fanalia, amigdalam, [90] ostensorium aliaque ad id opportuna. Subinde pluribus utriusque sexus fidelibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministravit et, pia emissa praeparatione, sacrosanctum missae sacrificium peregit. Iterum aliquibus utriusque sexus fidelibus eucharisticum Panem distribuit. Porro actis Deo optimo maximo debitis gratiis, pio doctrinae christianae exercitio vacavit: qualis sit cultus, quaenam diligentia in tam neccessario opere cognovit et quomodo pueri atque puellae de misteriis fidei aliisque ad aeternam salutem spectantibus per varias interrogationes expertus est et sufficienter instructos invenit. Officiaturae ecclesiae locum cedens, iterum in aedes parochiales se recepit. Coram quo comparuit reverendus dominus Valentinus Dossi, rector huius beneficii iuris patronatus alternis vicibus eligendi et praesentandi admodum reverendi archipresbyteri Brentonici et communis et hominum Corneti, cum praelectione tamen sacerdotum – si qui digni existant – familiae de Dossis et ostendit bullas curiae episcopalis Veronae datas die 6 decembris 1703, [90^v] ad praesentationem admodum reverendi archipresbyter Brentonici, obtulit quoque libros parochiales et praesentavit policeas iuxta aedictum in fine huius libri sum littera **I** epositas. A principalioribus loci et fide dignis informationes sumpsit de vita, moribus et diligentia in suo officio reverendi rectoris et aliorum sacerdotum itemque perquisivit an sint haeretici, vel de haeresi suspecti, usurarii adulteri, concubinari vel publici peccatores et de his omnibus recte responsum fuit. Verum tum a reverendo rectore tum a deputatis regulae, Francisco scilicet quondam Bartholomaei Francisci, Ioanne Gotardi et Antonio quondam Francisci Galli, praesentatae fuerunt supplicationes super eadem re, nempe celebratione missae diebus festis, tenoris ut in decretis infra legitur. Vidit libros societatum et massariorum ac expertus est obstetricem Margharitam, viduam quondam Petri Gotardi de Cornetto aetatis annorum 64, quam bene instructam invenit. Ad ecclesiam reversus, visitavit olea sancta, ad [91] altare maius in loculo a cornu evangelii et clavi custodita; percipiuntur a plebe matrice, cui reverendus rector in sabbatho sancto inservit. Fontem baptismalem, in angulo ecclesiae a latere evangelii in cappellula erectum, rastris ligneis clausum et sub sera et clavi custoditum. Vidit confessionalia pro christifidelium sacramentalibus confessionibus excipiendis. Visitavit altare maius, sancto Mathaeo apostolo dicatum, ex marmoribus et ianuis lateralibus in chorum inducentibus constructum, cum portatili et icone; nonnulla sunt onera missarum, ut infra dicitur. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii cum portatili, ubi extat officiatura missarum, olim duarum in qualibet hebdomada, ex institutione quondam reverendi domini Bartholomaei Cazzanello, ut in actis domini Francisci Ballista notarii Brentonici, sed modo ex defectu reddituum, vi reductionis diei 11 maii 1689, restricta ad missas sepuginta quinque in anno, cuius cappellanus est reverendus dominus Ioannes Biancardi, pro quo celebrat reverendus dominus Petrus [91^v] Francesconi, sacerdos de Corneto. Hic viget erecta societas eiusdem beatae Mariae Virginis, aggregata archiconfraternitati almae Urbis, cum diplomate 4 aprilis 1674, in curia episcopali Veronae die 25 septembris 1682 recognito. Haec societas nullos habet redditus nullaque onera. Habetur quoque societas sanctissimi Sacramenti ad altare maius, cuius confratres sunt numero 46; induunt capas rubri coloris et reguntur iuxta capitula ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo Gradonico die 30 maii 1719 approbata; conveniunt autem diebus festis officium beatae Virginis Mariae recitaturi in loco seu oratorio qui existit supra sacristiam, quem locum vidit et nullum extat altare, sed tantum scamna et crucifixus. Dicta

societas nullis fruitur redditibus nullisque subiacet oneribus. Onera autem missarum in hac ecclesia celebrandarum sunt iuxta policeas a dicto reverendo rectore praesentatas, videlicet: missae duodecim in anno pro quondam Valentino Dossi et Bettino de Nigris; [92] missa una in hebdomada qualibet pro quondam Dominico et Ioanne Dossi; missae duae in quacumque hebdomada pro quondam Antonio et Petro Dossi; missa una in quavis hebdomada pro quondam Aldrighetto Dossi; alia ut supra in omni hebdomada pro quondam Antonio Francesconi; missae sex in anno pro quondam Roccho Christani; missae duae quolibet mense pro quondam Bartholomaeo Francesconi et quaedam aliae missae, prout in dictis policeis sub littera **I** existentibus, quibus et cetera. Visitavit sacristiam prope altare maius a cornu evangelii et sacras suppellectiles ac vasa sacra pro celebratione missae et sacris functionibus peragendis, pauperime provisam. Vidit coemeterium circum ecclesiam, domum parochialem et totam ecclesiam, benedictam non consecratam, a plebe Brentonici dismembratam et in parochialem erectam anno 1613 et ordinavit ut sequitur. [92^v] Ordinata. Provideatur bursa sericea albi coloris pro amygdala – provideantur tria fanalia, quorum alterum maius – muri coemeterii sarciantur et illinc arbores radicitus amoveantur – radantur herbae dum sucrescunt et comburantur – provideatur planeta violacei coloris cum suis manipulo, stola, bursa et velo – provideatur missale pro missis defunctorum – planetae et reliquae suppellectiles sacrae indigentes laudabiliter sarciantur – conficiatur liber in sacristia servandus pro describendis missis omnibus ac in ecclesia celebratis. Cum viderit hanc ecclesiam angustam esse et eiusdem capacitatem numero animarum non respondere et cum facile sit illam ampliare cum obturatione adnexi portici, ubi pars populi ob angustiam ecclesiae missae et divinis officiis interveniendo se detinet, quod incongruum et indecens est, mandat et hortatur ut porticus ipse muris claudatur et cum ecclesia [93] incorporetur, ianua erecta in publicam viam.

Decreta. Eccellenza reverendissima signor signor patrone graziosissimo. In visitatione Brentonici die 7 iunii 1737 producta per infrascriptum reverendum dominum Valentinum Dossi, rectorem Corneti, instando et cetera. Sono trenta tre anni che io sono al possesso di questa picciol cura et al governo di queste puoche anime. Io, secondo il mio debole talento, procuro di fare le mie obligationi, ma i stessi miei parochiani, o a dir più giusto il demonio, tenta d'impedirmi. Il Concilio tridentino ha fatto tre decreti co quali commanda che li parochi ne giorni festivi alla messa conventuale faci il sermone chiaro e l'altre fonzioni e, perché il popolo convenga a questa messa, la sacra congregazione ha fatto due decreti co quali proibisce la messa prima, riferiti da monsignor Chiericato *De sacrificio missae*. Veramente non è bisogno citare quest'auttorità, perché vostra eccellenza reverendissima le sa meglio di me. Hora questi parochiani, perché si lasciano guidare [93^v] dallo spirito del mondo e dall'interesse et io mi devo lasciar guidare dallo Spirito di Dio, li loro pensieri non possono convenire con li miei, loro mi battono di continuo che vogliono una messa subito doppo l'Ave Maria spedita, senza discorso e senza fonzioni ecclesiastiche; quale concessa, non posso più sperare di fare le mie fontioni, non havendo altri testimoni che li muri della chiesa, che incontro loro possono fare li suoi interessi con havere una messa a hora tarda, lontana dall'ora della messa conventuale, quale mi esibisco di celebrare avanti il levar del sole, purché loro habbino un campanaro diligente, quale mai hanno voluto elegersi, per non costituirli il suo salario, così che io sono sforzato sonare le campane per chiamarli alla chiesa. Perciò mi prostro a piedi di vostra eccellenza reverendissima e lo supplico della sua paterna autorevole assistenza e protezione, sicuro di ottenerla perché si tratta della maggiore gloria di Dio e del bene dell'anime. Gli bacio il lembo della sagra veste. Di vostra eccellenza reverendissima umilissimo, fedelissimo suddito e servo Valentino Dossi rettore.

[94] Eccellenza reverendissima. Die 9 iunii 1737, in visitatione Corneti praesentata per infrascriptos supplicantes, nomine et cetera, instando et cetera. Essendo questa povera villa di Cornè loco soggetto alla parochiale di Brentonico, umilmente genuflesso a piedi della benignità dell'eccellenza vostra reverendissima, rappresenta alla medesima le angustie ne quali si trova soggetta particolarmente ne giorni festivi, mentre viene celebrata dal nostro reverendo signor curato la santa messa in ora di niun comodo al bisogno e vantaggio di questi abitatori, perché viene celebrata in ore affatamente improprie, come pure anche esso signor curato proibisce a reverendi sacerdoti di celebrare in ore confacevoli e di comodo et aggradimento a questa povera vicinia di Cornè, cioè nella mattina sul far del giorno, avanti la solita santa messa conventuale. Eccellenza reverendissima, la povera vicinia di Cornè è composta di numerose persone, dispersa di case e queste la maggior parte lontane e distanti l'una all'altra e parimenti dalla sancta chiesa. Li poveri compatrioti sono indispensabile impegno per non poter guidare [94^v] al pascolo li di loro animali e gregi, sustanza maggiore di questa vicinia, come pure sii succeduto alcune volte che, per mancanze di una santa messa prima e di dover tutti concorrere alla sola santa messa parochiale, quella ordinariamente venghi celebrata senza alcuna ora propria, né determinata, devono questi abitatori lasciare le case in abbandono, sole, derelitte et abbandonate, con entro di poveri fanciulli incapaci, li quali se ne siino incendiati, come pure delle famiglie e si ha dato l'addito aperto a latrocinii, quantumque anche esposti a mille pericoli li animali e gregi e di quelli ne siino rimasti morti sì per non aver tempo e comodo di quelli condurre al pascolo, essendo la maggior forza e sustanza

di questi poveri abitatori e supplicanti. Là dove, eccellenza reverendissima, e per bene maggiore delle anime nostre e per comodo e quiete di noi poveri supplicanti, imploriamo dalla benignità dell'eccellenza vostra reverendissima acciò su tali motivi e riflessi ben giusti e compatibili di ordinare e comandare al nostro reverendo [95] signor curato che esso in avvenire debba accomodarsi alli bisogni e neccessità delli poveri abitatori col celebrare la santa messa poco doppo del far del giorno, overo pure permetta che venga da qualche sacerdote beneviso al popolo celebrata, tanto si costuma in ville e paesi circonvicini, ove si può avere tali incontri, nel qual caso esso signor curato si compiaccia di celebrare la sua santa messa altresì per comodo di tutti li parochiani una ora avanti mezzo giorno e tanto ridonderà pure di maggior vantaggio delle anime, perché, celebrando esso signor curato la santa messa per tempo, saranno in istesso tempo le persone in occasione di udire l'esplicatione del vangelo et approfittarsene, mentre all'incontro celebrandola fuori di ore e secondo il costumato, non essendovi comodo di concorrere ad altre sante messe, restano altresì la maggior parte di questi poveri abitatori privi di essa e della parola di Dio, stante che gran parte di questi parochiani per discomodo e mancanza di una santa messa prima devono [95^v] portarsi in altri paesi per udire la santa messa, esposti al pericolo di quella perdere e tanto appunto implora dalla benignità di vostra eccellenza reverendissima questa povera vicinia di Cornè e con profonda rassegnatione si contesta: di vostra eccellenza reverendissima. Li poveri supplicanti e rappresentanti della villa di Cornè.

Illustrissimus et cetera, visis, lectis et mature consideratis supplicationibus antescriptis per reverendum rectorem et homines Corneti super celebratione missarum diebus festivis praesentatis, decrevit missas diebus festivis celebrandas ordinari et celebrare debere iuxta synodales constitutiones huius diaecesis, praecipue illustrissimi et reverendissimi domini domini episcopi Ioannis Matthaei Giberti titulo 2 capite 42, quibus satis animarum saluti et comodo provisum est et ita et cetera, omni et cetera. His absolutis, prandium sumpsit et ad plebem Brentonici reversus est. Die antedicta 9 iunii 1737 a prandio. In itinere seu reditu[s] ad plebem Brentonici, idem illustrissimus dominus vicarius generalis visitavit publicum oratorium sub invocatione [96] [a margine: San Carlo delle Sorne] Sancti Caroli in regula *delle Sorne*, infra limites Brentonici erectum, quod manuteneretur ex propriis redditibus a massario per eandem regulam seu contratam electum, qui tamen de sua administratione rationem red<d>it admodum reverendo archipresbytero Brentonici. Unicum in eo extat altare ligneum cum portatili, in quo ex mera devotione et pro comodo inhabitantium in dicta contrata singulis diebus festis celebratur missa, ab ipsa contrata stipe tradita. Cappellanus celebrans ad praesens est reverendus dominus Philippus Balista. In eodem oratorio pro comodo habitantium per reverendum cappellandum, de licentia admodum reverendi archipresbyteri, populus docetur de doctrina cristiana diebus festis. De licentia pariter admodum reverendi archipresbyteri confessionale ibi existens pro excipiendis sacramentalibus confessionibus vidit et visitavit. Unica habetur campana. Visitavit sacras suppellectiles pro celebratione missae neccessarias, in armario servatas cum nondum sit erecta sacristia. [96^v] Ordinata. Confessionale muniatur crate ferrea seu latea cum foraminibus spissis et provideatur de tabela casuum resservatorum a parte confessarii et de imagine pia a parte poenitentium – sacristia etiam in ultima visitatione gradonica ordinata et alias in aliis visitationibus quamcitus construat. Illustrissimus vero et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, multo iam convocato populo per consueta signa ad ecclesiam pro doctrinae cristianae examine et Confirmationis sacramentum ministraturus, sub baldachino ut supra receptus, se contulit et per consuetas ceremonias illam ingressus ac facta ante Sacramentum genuflexus oratione, paterno amore pio doctrinae cristianae exercitio vacavit. Qualis itaque sit cultus, quaenam frequentia, qui ordo servetur diligenter perquisivit; quomodo vero edocti sint per varias interrogationes de mysteriis fidei et principalioribus ad aeternam salutem spectantibus expertus est et, cum gaudio animi sui, non parvo temporis spacio consumpto, bene instructos cognovit, ita ut pro animi sui oblectamento etiam in crastinum idem doctrinae cristianae exercitium haberi statuerit. [97] Postmodum pontificalibus indutus frequenti populo utriusque sexus Confirmationis sacramentum non exiguo labore ministravit. His habitis, ad aedes parochiales se se restituit et pernoctavit. Die lunae 10 iunii 1737. Illustrissimus dominus vicarius generalis, ad infrascripta delegatus, summo mane surgens equitando se contulit ad visitandam [a margine: San Valentino di Saccone] simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub invocatione Sancti Valentini ab anno circiter 1668 erectum in regula Sacconi, infra limites parochialis ecclesiae Pradae, filialis plebis Brentonici. Hoc oratorium est de ratione eiusdem regualae seu contratae Sacconi, manutentum tamen ex redditibus legatariis dictae ecclesiae, valoris ut in policea praesentata *lirazze* 321. Unicum extat altare ligneum cum portatili et icone, ubi ob commodum habitantium diebus festis celebratur missa, modo a reverendo domino Bartholomaeo Pilati, sacerdote de Cazzano sub Brentonico, stipe tradita a massario ecclesiae, qui reverendus cappellanus de licentia reverendi rectoris Pradae missae celebrationem [97^v] (peracta ob distantiam a parochiali) tradit cathechesim habitantibus in dicta contrata. Sunt etiam ex legatis missae 52 celebrandae, quas celebrat vel celebrare facit reverendus rector Pradae. Vidit confessionale, de licentia reverendi rectoris Pradae existens pro excipiendis sacramentalibus confessionibus. Vidit sacras suppellectiles

pro celebratione missae nec non pro associando sanctissimo Sacramento ad infirmos huius contratae, quae servantur in choro, inserviente pro sacristia. Vidit campanile cum duabus campanis et totam ecclesiam, dotatam cum instrumento in actis domini Victoris Balista notarii diei 12 maii 1668 et ordinavit ut sequitur. Ordinata. Confessionale muniatur crate latea cum foraminibus spissis et de tabela casuum resservatorum – planetae et reliquae suppellectiles sacrae prout indigent laudabiliter sarciantur – ordinata visitationis gradonicae non adimpleta diligenter adimpleantur. Quibus habitis, iter prossequendo ad parochialem ecclesiam [98] [a margine: PRADA] Sanctae Mariae Magdalенаe Pradae venit, delegati visitationis munus obituros. Itaque humanissime et reverenter a reverendo domino Petro Gallo rectore dictae ecclesiae parochialis receptus, in aedibus parochialibus paulisper diversatus est. Subinde ecclesiam petens illamque ingressus, ante sanctissimum Sacramentum pias preces fudit et, indutus pluviali violacei coloris, exequias pro defunctis in coemeterio absolvit. Violaceis apparamentis depositis et sumptis albis, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo marmoreo et pixide argentea intus inaurata sub sera et clavi tute tentum. Ante idem Sacramentum nocte dieque ardet accensa lampas, manutenta ex redditibus ecclesiae, qui redditus, si forte non sufficiunt, tunc supplet vicinia seu contrata. Sub hac cura animae quae communicant numerantur 217 circiter, in totum vero sunt 318, quarum nulla – Deo dante – est inconfessa in Paschate. Interrogatus reverendus rector asseruit debitis temporibus [98^v] renovari Sacramentum; communicatis in Paschate distribuere schedas; festo Corporis Christi fieri processionem cum Sacramento; dum ad infirmos Sacramentum defertur, convocari populum per data signa et publicari indulgentias associantibus concessas nec non cum debita decencia associari; qua propter vidit amigdalam, umbellam, duo fanalia aliaque ad id opportune et ostensorium. Reposito sanctissimo Sacramento, sacerdotalibus indutus sacrosanctum missae sacrificium peregit et nonnullis christifidelibus sacram Eucharistiam ministravit. Debitas gratias Deo optimo maximo egit et pio exercitio doctrinae christianae incubuit et recognovit qualis sit cultus, quaenam frequentia, quis sit ordo tam proficui et neccessarii operis nec non per varias interrogationes expertus pueros et puellas de mysteriis fidei caeterisque neccessariis ad aeternam salutem et satis instructos invenit. Postea visitavit olea sancta, quae a plebe Brentonici percipiuntur, in loculo ad hoc parato ad altare maius a cornu evangelii sub sera et clavi tute custodita. [99] Fontem baptismalem, in angulo ecclesiae a cornu evangelii in quadam cappella erectum et sub rastris ligneis sera et clavi tute custoditum. Duo confessionalia in ecclesia exposita pro excipiendis sacramentalibus fidelium confessionibus. Altare maius ligneum cum tabernaculo marmoreo et icone, quod retro habet chorum, manutentum ex redditibus ecclesiae et eleaemosynis dictae regulae. Onera missarum sunt ut infra dicitur. Ad idem altare maius, sanctae Mariae Magdalенаe dicatum, extat societas sanctissimi Sacramenti pro maiori eiusdem cultu. Altare Conceptionis beatae Mariae Virginis Immaculatae, ligneum cum portatili, ubi viget societas Conceptionis eiusdem beatae Mariae Virginis, quae ex redditibus et piorum eleaemosynis manutinet altare, in quo onus extat celebrandi missam semel in qualibet hebdomada, ex legato quondam Valentini Veronesi nec non in quolibet anno celebrandi missas tres pro quondam Antonio Poccolo, appellato Longato, missam unam pro quondam Petro Antonio Burla, missas duas pro quondam Iacobo Moschini, quibus satisfacit reverendus [99^v] rector. Ad idem altare servatam in tabernaculo marmoreo visitavit sacram reliquiam, nempe de ligno sanctissimae Crucis Domini nostri Iesu Christi, in theca ovata ex auricalco repositam patentalibus litteris munitam, iam recognitam in hac curia episcopali die 7 septembris 1733. Ultra praedicta, infrascripta etiam in hac ecclesia habentur onera missarum, videlicet: quolibet anno missae 12 pro quondam Baptista Battistoni et pro benefactoribus sine eleaemosyna, vi dismembrationis a plebe Brentonici; missae sex pro quondam Stephano Berti; unica missa pro quondam Ioanne Dominico Brusco, unica missa pro quondam Iacobo Genadi; officium missarum trium pro quondam Melchiore Pelosi; unica missa pro quondam Matthaeo Genadi; missae tres pro animabus purgatorii, ex legato quondam Pauli Genadi; missae tres pro quondam Dominico Veronesi, ad quas tenentur heredes Lorenzini; missae duae in festo sanctae Mariae Magdalенаe pro benefactoribus ecclesiae; [100] unica missa pro quolibet confratre defuncto sanctissimi Sacramenti; missae 10 pro quondam Antonio Maria Borsa, cum prestatione tronorum 4 cerae, quod ad eius heredes spectat adimplere, ut in actis domini Francisci Cavazzani 1725; missae sex pro quondam Helisabeth Gottardi, ad quas tenetur Dominicus quondam Bartholomaei Moschini, ut in actis domini Ioannis Thomae Cipriani 1725; missae duodecim pro quondam Omnibono Grandi, ad quas tenetur Ioannes Baptista Veronesi, ut in actis domini Antonii Balista 1724; missae quinque pro quondam Simone Veronesi, pro quo onere est obnoxia petia terrae *al Fontanel* et illud adimplere spectat ad massarios, ut in actis domini Matthaei Giovanazzi notarii; missae decem pro quondam Dominica Veronesi diebus festis; missae quinque pro quondam Appollonia Moschini. Demum erogantur et distribuuntur inhabitantibus Pradae modium unum cum quadrante tritici in panem redacti et pondera duo salis, ut in policea reverendi rectoris sub littera L, in fine huius reposita. [100^v] Vidit sacristiam, prope altare maius a cornu evangelii existentem et in ea vasa sacra et sacras suppellectiles pro missae celebratione et sacris functionibus peragendis. Vidit coemeterium contiguum, campanile cum duabus campanis

et totam ecclesiam, non consecratam, Sanctae Mariae Magdaenae dicatam et a plebe Brentonici, cum instrumento ac decreto diei 22 maii 1622 in libro “Diversorum” huius curiae episcopalis in cartis 350 registrato dismembratam ac in parochialem erectam. In domum parochialem se recepit, quam visitavit et expertus est obstetricem Franciscam viduam quondam Ioannis Mariae Grandi de Prada, annorum 75, quam bene instructam invenit. Perquisivit et informationes recepit a fide dignis de vita, moribus et diligentia in suo munere praestando reverendi rectoris et an sint pubblici peccatores et male viventes et tam de rectore quam de caeteris bene relatum fuit. Reverendus dominus Petrus Antonius Galli, rector huius parochialis ecclesiae Sanctae Mariae Magdalenae de Prada, iurispatronatus alternis vicibus admodum reverendi archipresbyteri Brentonici et contratae ac hominum Pradae elligendi et praesentandi rectorem, [101] aetatis suae annorum 34 circiter, ostendit bullas huius sui beneficii, ab hac curia episcopali die 25 iunii 1733 expeditas, visas et restitutas nec non libros parochiales, matrimoniorum scilicet, baptizatorum, mortuorum et status animarum, bene tentos; item praesentavit polliceas iuxta aedictum, sub littera L in fine huius libri insertas. Interrogatus de suo populo, bene rerspondit et nihil de quo indoleat fassus est; solum duas praesentavit supplicationes tenoris ut infra in decretis dicetur, reverenter instando ut in ipsis. Ordinata. Provideantur tria fanalia, quorum alterum maius pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos – provideatur thronus decens pro expositione sanctissimi Sacramenti – provideatur velum superhumeralesericum coloris albi – vexillum albi coloris renovetur – confessionalia muniantur crate ferrea seu latea cum foraminibus spissis – provideatur missale romanum cum missis novissimis – suppellectiles sacrae prout indigent laudabiliter sarciantur - [101^v] herbae nascentes in coemeterio debitis temporibus radantur et comburantur – domus parochialis restauretur in speris vitreis et in tecto ac prout indiget reparatione reparetur.

Decreta. Eccellenza reverendissima. Die 10 iunii 1737 in visitatione Pradae praesentata per reverendum dominum Petrum Gallo infrascriptum, instando et cetera. Il sacerdote Pietro Gallo, curato di Prada, oratore umilissimo, rappresenta umilmente all’eccellenza vostra reverendissima che Valentino Veronese nell’anno 1630 lasciò a titolo di legato all’altare della sua chiesa ducati duecento perché, fattone prima l’investimento, dovessero poi li massari del luogo far celebrar tante messe e questo risulta dalle particole del di lui testamento. Espone con altrettanta riverenza che li stessi massari fecero sempre supplire ne tempi susseguenti al dovere dello stesso legato, come nell’anno 1685 fu data l’incombenza al curato ordinario perché essigesse egli medesimo li frutti e celebrasse le messe, come si può vedere [102] dall’attestato del deffonto signor arciprete Balista. Con un tale ordinamento ben si vede non competire veruna ragione alla famiglia Veronesi per potersi ingerire nella disposizione legataria; e pure Battista Veronesi, nel voler costituire il patrimonio ad un figlio che passa al sacerdotio, s’è anche inoltrato ad includervi il quantitativo del mentovato legato, quasi che potesse disporre a suo talento contro la mente precisa del testatore, che confidando ne massari lasciò totalmente in disparte la propria famiglia. In questo stato di cose il curato supplicante riverentemente chiede il soccorso dell’eccellenza vostra reverendissima, acciò essa si degni di comandare che sii cassato dalla costituzione del patrimonio il fondo del predetto legato, lasciando in tal forma che, sceondo la mente del primo instituyente, sussista la ragione massariale e per conseguenza anche quella del curato, che deriva dal rilascio delli stessi massari, il che chiede ed implora per giustizia e per grazia, quam Deus et cetera.

Illustrissimus et cetera, visa, lecta et mature considerata supplicatione [102^v] antescrpta, decrevit ut reverendus recto notitiam det de hac sua supplicatione venerabili clerico Veronesi et Baptistae eius patri, ut dicti clerici patrimonium praesentent et sua iura dicant et deducant et, quatenus illegitima appareat dicta assignatio in titulum patrimonii, sibi providere possint, quo casu salva erunt iura massariorum et consuetudo allegata ad favorem reverendi rectoris praecitas missas ipsemet celebrandi et ita et cetera, omni et cetera.

Eccellenza reverendissima. Die 10 iunii 1737 in visitatione Pradae praesentata per infrascriptum reverendum Petrum Antonium Galli, rectorem dictae ecclesiae, nomine et cetera, instando et cetera. Siccome sono appoggiate alla mia povera vigilanza tutte le anime della cura di Prada, così vi stano pur appoggiate anche le ragioni delle chiese, le quali restano presentemente umiliate all’eccellenza vostra reverendissima perché si degni conoscerle e le riguardi altresì con il sovrano suo patrocinio. Primo. La villetta di Saccone, soggetta in spiritualibus a questa istessa cura di Prada, ellegge di quando in quando sacerdote [103] che le celebri la santa messa ne giorni festivi con la total mia indipendenza, non ostante che sii stato decretato dal defonto signor arciprete Quintilio Balista, come in quel tempo delegato episcopale, sotto le precise parole: *quod, si contingat per massarios dictae ecclesiae aut oratorii, sive homines regulae praedictae eligi sacerdotem aliquem qui pro comoditate ipsius regulae diebus festis celebret, tum electio eiusmodi fieri nequeat sine praesentia, consensu et assensu ipsius rectoris et hoc ad finem quod per ipsum rectorem cognoscantur mores ipsius sacerdotis, qui sint in animarum aedificationem, non earundem destructionem*, il che fu poscia solennemente accettato sì dall’intera vicinia di Saccone, come dal curato Martinetti e tutto questo apparisce da pubblico instrumento segnato sotto l’A. Secondo. Essa pieve elegge a suo gusto li massari reggenti dell’oratorio, né punto si cura

dell'insinuarsi primieramente al curato, come sarebbe il dovere, volendo così e le costituzioni sinodali e le pubbliche osservanze, perché la presidenza del paroco in simili casi non può essere [103^v] preterita. Terzo. Riesce di mezzo scandalo che li vicini di Saccone maneggiano le rendite di quella chiesa senza mai avvertire il curato sì nelle distrazioni come nelle fondazioni de danari, dal che ne puono nascere mille prgiudicii; quantumque però potesse competerle in simil diritto questo non sarà mai privativo rispetto al curato, al quale il sagrosanto Concilio di Trento risserva il consenso e l'assistenza per il maneggio e conti delle rendite ecclesiastiche, comprese altresì nella primaria ragione parochiale, che fu risservata ove restò fondato l'oratorio nell'anno 1668, come nel paragrafo dell'instrumento sotto lettera B e come nel sopracitato instrumento lettera A. Quarto. Posto un tal preliminar, ne viene in conseguenza che debbano essere consignati dalli massari nelle mani del curato tutti li instrumenti che si vanno facendo perché se ne tenga un ordinato registro e non si perdano poscia nelle mani dell'uno o dell'altro reggente, come si sono provati moltissimi casi. Quinto. La povertà di quell'elemosina che si va essigendo, destinata [104] al suffraggio delle anime purganti, sembra che debba essere consignata al curato con la sua nota distinta perché venga impiegata; tanto s'uniforma alla commune osservanza e singolarmente alla matrice parrocchiale di Brentonico, alla quale debbono essere subordinate le filiali. Sesto. E le costituzioni e li sacri canoni vogliono che ogni parroco sii preferito nella celebratione delle messe legatarie, della qual natura essendovene 52 nella chiesetta di Saccone, furono venti sole risservate al curato, con la tassata elemosina di troni 52.12 e pure anche queste poche vengono contese, ove la sola cortesia del curato rilascia le altre trenta due al sacerdote che celebra in detta chiesa, il che seguirà per l'avvenire quando venga eletto con il suo consenso. Settimo. Al povero curato vien corrisposta da quelli di Saccone una sola somma di frumento all'anno e, dove prima quella veniva raccolta e portata dalli massari, pretendono adesso con scortesia e con ingiustizia che [104^v] si vada mendicando di casa in casa, con aggravio del decoro sacerdotale. Ottavo. Finalmente, contro il tenore della pratica antica avalorata dalle fedì ed attestati sotto lettera C, pretendono quelli di Saccone di minorare l'elemosina delle messe sì al curato come a poveri sacerdoti che devono assistere in luogo piuttosto remoto e lontano e però ben si vede quale e quanto sii per essere il pregiudicio anche per la scarsezza de religiosi che, anche chiamati, probabilmente ricusaranno d'intervenire. Tutti questi punti restano riverentemente esposti non meno al gran zelo che all'autorevole dell'eccellenza vostra reverendissima, come bisognosi del più pronto ed espedito remedio, nella di cui attenzione baciandole genuflesso la sacra veste divotamente mi segno. Dell'eccellenza vostra reverendissima umilissimo suddito e servo Pietro Antonio Galli, rettore di Prada.

Illustrissimus et cetera, visa, lecta et diligenter considerata supplicatione antescripta, in octo capita digesta, per reverendum dominum rectorem Pradae praesentata, illam admisit si et in quantum et [105] super singulis decrevit ut sequitur, videlicet: Super primum standum esse in iam decretis per admodum reverendum dominum Quintilium Balista archipresbyterum Brentonici, tamquam delegatum ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo veronensi. Super secundo. Servetur praxis quae pro electione massariorum in partibus plebis Brentonici servatur. Super tertio. Capitalia et redditus ecclesiae investiantur et impendantur cum participatione et assensu reverendi rectoris Pradae, cui ratio reddatur singulis annis per massarios, ne ecclesiae bona deperdantur et ut utiliter erogentur. Super quarto. Cum in utilitatem ecclesiae cedant instrumenta omnia ad interesse ecclesiae spectantia, eidem rectori Pradae servanda tradantur et eorumdem pariter copiae servantur penes massarios. Super quinto. Eleaemosynis in suffragium animarum purgatorii erogatis tot sacrificia celebrentur ad nutum dicti reverendi rectoris Pradae. Super sexto. Stante concessione reverendi rectoris Pradae missarum triginta duarum ex quinquaginta duabus legatis [105^v] ad favorem reverendi cappellani Sacconi ad normam primi capituli antedicti elligendi; in reliquis servetur usus et nihil innovetur. Super septimo. Triticum in consueta quantitate modiorum quatuor vulgo *somma*, reverendo rectori Pradae a regula Sacconi praestitum, consueto etiam modo per massarios colligatur et eidem tradatur. Super octavo. Super eleaemosynis celebrandis tum a reverendo rectore tum a reverendis sacerdotibus, servetur usus hucusque servatus, habito respectu itineris et laboris et ita et cetera, omni et cetera.

Quibus habitis, prandium sumpsit et post prandium ad aedes parochiales Brentonici se restituit. Illustrissimus vero et reverendissimus dominus dominus episcopus hac mane negotiis visitationis Brentonici vacavit et – ut iam supra dictum fuit – honorifice receptus et associatus, in parochialem ecclesiam descensus, sacrosanctum missae sacrificium peregit actisque subinde Deo optimo maximo debitis gratiis et ad aedes parochiales reversus, prandium sumpsit. Die antedicta 10 iunii 1737 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus voluit iterum pio doctrinae [106] christianae exercitio interesse. Itaque, convocato per consueta signa populo, in ecclesiam descendit et, diligenti studio sancto huic operi vacans, per varias interrogationes quomodo excultus et edoctus sit populus perquisivit nec non puellarum dialoga libenter audivit; ex quibus cum multo animi sui oblectamento hoc tam proficuum opus florescere cognovit. Idcirco, laudata solertia in eodem excolendo, illud magis magisque in Domino comendavit pro maiori Dei gloria et animarum

salute. Multis subinde utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit; sed defatigatus, in aedibus parochialibus se se recepit et aliquantulum refectus, humilibus precibus sibi parte et nomine regulae Crusani et regulae Sacconi favorabiliter annuendo, quatuor ad hoc conductas et paratas campanas, duas scilicet pro regula Crusani et duas pro regula Sacconi, solitis iuxta pontificale romanum adhibitis caeremoniis benedixit. Quibus habitis, incoenatus pernoctavit. [106^v] Hac die praesentata fuit supplicatio per homines viciniae Sacconi, tenoris ut sequitur, videlicet: Eccellenza reverendissima. Die 10 iunii 1737 in visitatione Pradae praesentata per deputatos infrascriptae viciniae, instantes et cetera. Doppo la partenza della sacra visita della nostra povera chiesa della villa di Saccone, sotto la cura di Prada, considerato il grave impegno già tempo fa contratto con li reverendi signori rettori di Prada già defonti, quale impegno è di doversi portare tutti ad ascoltare la santa messa nella chiesa curata di Prada ne i giorni della santa Pasqua, il giorno del Corpus Domini, santa Maria Maddalena e la Concezione, Eccellenza reverendissima, quest'obbligo è stato convenuto in tempo che questa villa non era tanto popolata. Ora, dovendo in questi giorni abbandonare tutti le proprie case e figli e poveri vecchi impotenti a tale viaggio, che questi in questi giorni restano privi del bel suffragio di ascoltare la santa messa, onde genuflessi a piedi di vostra eccellenza reverendissima, supplicandola concederci la grazia di poter far celebrare la santa messa in questi giorni, promettendo [107] a vostra eccellenza reverendissima che non si abusaremo dell'obbligo contratto di visitare la chiesa di Prada, con osservare il praticato, sospirando la grazia dalla benignità di vostra eccellenza reverendissima, profondamente si inchiniamo. Di vostra eccellenza reverendissima devotissimi, obligatissimi suditi e servi. La vicinia di Saccone.

Super qua supplicatione decretum fuit reiciendam esse et viciniam Sacconi teneri adimplere obligationem contractam et hucusque servatam et ita et cetera, omni et cetera.

Eadem die. Comparuit personaliter coram reverendissimo domino Francisco Ventura iuris utriusque doctore, auditore generali episcopatus Veronae, reverendus dominus Michael Raffaeli, sacerdos de Brentonico et cum – ut patet ex chirographo exhibito et restituto et alias fuerit damnatus sub die 23 maii 1733, ut item constat ex mandato et cetera – teneatur excellenti domino Francisco Balista solvere tronos 30 e 15 pro ressiduo missarum quadraginta sex cum dimidio aquae vitis et cum non possit de praesenti solvere, sponte exhibuit fideiussorem Franciscum Moz, filium Ioannis Baptistae de supradicto loco, sponte pariter se se obligante pro eodem reverendo Raffaeli [107^v] ad solutionem praedictorum tronorum 30.15 pro die 24 currentis mensis, quemque tamquam idoneum agnoscit et recipit praedictus dominus Franciscus Balista et ita et cetera, omni et cetera. Praesentibus domino Ludovico Passarini quondam domini Bartholomaei et Iacobo quondam Valentini Sembeni, ambobus de Brentonico praedicto testibus adhibitis, rogatis et cetera.

Die martis 11 iunii 1737. Cum libere ressignata fuerit in manibus summi pontificis haec parochialis ecclesia Sanctorum Petri et Pauli Brentonici ab admodum reverendo domino Martino Balista iuris utriusque doctore, illius archipresbytero et possessore, ad favorem admodum reverendi domini Alberti Balista iuris utriusque et sacrae theologiae doctore eius ex fratre germano nepotis, resservata tamen sibi pensione prout in litteris pontificiis, quibus et cetera, attento mandato earundem litterarum executivo illustrissimi domini vicarii generalis episcopatus Veronae et in hoc negotio commissarii et executoris apostolici, hac mane multo adstante populo et praecipue praesentibus admodum reverendo domino Iosepho Mezzanini archipresbytero Sancti Ioannis in Foro, caeremoniarum magistro Veronae et reverendis dominis Paulo ab Oleo et Iacobo Riva sacerdotibus familiaribus suae illustrissimae et reverendissimae [108] dominationis testibus rogatis et cetera, praefatus admodum reverendus dominus Martinus Balista in realem, actuaalem et corporalem possessionem dictae parochialis ecclesiae Sanctorum Petri et Pauli de Brentonico, ut supra ressignatae et vacantis iuriumque et pertinentiarum suorum universorum, solemniter posuit et induxit antedictum nepotem suum admodum reverendum dominum Albertum Balista, actibus et verbis in similibus dici et fieri solitis. Porro idem admodum reverendus dominus Albertus Balista, coram illustrissimo domino vicario generali genuflexus in eadem ecclesia, praesentibus suprascriptis testibus multoque populo, publice iuxta consuetam formulam fidei professionem emisit ac in eiusdem illustrissimi domini vicarii generalis manibus iuramentum praestitit de iuribus suae ecclesiae tuendis et oneribus supportandis. Quae omnia die, mense et anno ac in loco et praesentibus testibus ut supra, omnibus servandis rite servatis, acta fuere.

Subinde ipsemet admodum reverendus dominus Albertus Balista in eandem ecclesiam parochialem Brentonici solemnem suum primum [108^v] habuit ingressum honorifico concomitatu ac apparatu, campanis scilicet sonantibus, pulsantibus organis, clangentibus tubis ac frequentibus tormentorum bellicorum explosionibus; ubi, debitis gratiis Deo optimo maximo actis piaque emissa praeparatione, sacrosanctum missae sacrificium peregit. Quibus absolutis, in aedes parochiales se recepit, suae illustrissimae et reverendissimae dominationi plurimi obsequii argumenta humiliter praebens et in sua visitatione pastoralis inserviturus. Itaque illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, sub baldachino ut ante receptus consueto honore et pompa,

parochialem ecclesiam petiit. In ingressu ecclesiae aspergillum accepit ab admodum reverendo domino Alberto Balista, moderno archipresbytero et, aquae benedictae aspersione facta, ante altare maius genuflexus preces Deo fudit et piam pro missae celebratione praeparationem emisit. Porro sacredotalibus indutus, sacrosanctum missae sacrificium peregit. Actis vero Deo optimo maximo gratiis, ad aedes parochiales se restituit, visitationis suae pastoralis negotiis vacavit et prandium sumpsit. [109] Die antedicta 11 iunii 1737 post prandium. [A margine: San Remedio] Illustrissimus dominus vicarius generalis se contulit ad visitandum oratorium infrascriptum, non procul a parochiali in contrata seu regula de Fonticulis seu Fontechel, infra limites plebis Brentonici erectum, videlicet: publicum oratorium Sancti Remedii, de ratione praedictae regulae seu contratae de Fontechel, quae illud ex redditibus propriis eiusdem oratorii a massario ad hoc deputato ex ordine admodum reverendi archipresbyteri perceptis et impensis in manutentione dicti oratorii solemnitatibus eiusdem et missis celebrandis, cui admodum reverendo archipresbytero idem massarius rationem reddit. Hoc oratorium est angustae sed elegantis structurae. Unicum extat altare marmoreum cum portatili et icone, in quo diebus festis sancti Caroli et sancti Remedii (qui colitur die 15 ianuarii) missas solemniter celebratur et nonnullae aliae missae ex supradictis redditibus. Vidit et visitavit sacristiam annexam, a cornu epistolae et sacras suppellectiles neccessarias et opportunas, de quibus satis est provisum. [109^v] Ordinata. Provideatur tela cerata qua cooperiatur portatile. Quibus habitis, ad parochialem ecclesiam se restituit. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, supplicationibus sibi reverenter porrectis ut dignetur Confirmationis sacramentum quibusdam petentibus ministrare et litterariae accademiae in devenerationis et grati animi argumentum erga suam illustrissimam et reverendissimam dominationem paratae interesse favorabiliter annuendo, consueto servato decore et pompa, in ecclesiam descendit et, fuis Deo precibus ac in throno pontificalibus indutus nonnullis utriusque sexus fidelibus Confirmationis sacramentum ministravit nec non expositis piis numismatibus indulgentiam in articulo mortis ex apostolico indultu impartitus est. Subinde, cum deveneratione exceptus in throno sedens, paratae accademiae litterariae interfuit suique animi oblectamento nonnullas elucubrationes, soluta oratione et vario metro compositas, audivit. Porro praestitis suae humanitatis et grati animi erga accademicos cum laude monumentis, [110] ad aedes parochiales se se restituit, visitationis negotiis incumbens. Cum tempus non sinat obstetrices personaliter experiri, ad illas examinandas admodum reverendum archipresbyterum delegavit, qui se mandatis obtemperare paratum praebuit, asserens tamen se scire esse bene instructas. Absoluta iam sua pastoralis visitatione, in crastinum de more illam clausurus, infrascriptas ordinationes statuit et super infrascriptis sibi porrectis supplicationibus sua emisit decreta ac incenatus pernoctavit. Ordinata. Ordinata in visitatione gradonica anni 1718 nondum adimpleta adimpleantur quancitissime. Decreta. Super memoriali ab admodum reverendo archipresbytero die 6 iunii 1737 in visitatione praesentato, tenoris sequentis scilicet: Instante archipresbytero, si supplica che siano decretati li capi seguenti. 1 – Che sii in arbitrio del signor arciprete costituire et elegere un organista nell’organo di Brentonico, come [110^v] si ha stillato anche col decreto di monsignor Santiglia e stabilirle il salario. 2 – Che niuno fuori che li ministri possi andare sull’organo che suonano. 3 – Che niuno possi muovere niuna cana o trasportarla senza consenso di monsignor arciprete, essendo l’organo stato donato alla chiesa. 4 – Che sia concessa licenza di erigere l’altar di san Nicolò a disposizione del signor arciprete, senza che alcuno possi ostare a quest’opera santa. 5 – Che le pietre del portico ove sono alcune sepolture siano fatte piane da chi otteneva d’aver la sepoltura ivi e chi ha la sepoltura sia obbligato a farla in forma di monumento e sepolcro, colla sua divisione e coperchio. 6 – Che sia fatto qualche riparo alla grada del cemeterio, accioché non entrino li animali immondi a sotterare le ossa, come accade e ciò dalla comunità, come è obbligata. 7 – Che sia dichiarato che la vicinia di Lerta e Fontane non ha alcun ius sopra la chiesa ed oratorio di San Roccho se non [111] di eleggere massari e rendere conto unicamente al signor arciprete. 8 – Che il signor arciprete possa e debba eleggere un esatore che si esiga tutti i residui e rimanenti di San Rocco e delle altre, per impiegare in pagare le suppellettili e robba presa quest’anno per la chiesa dal Brunati, per far pianete e giustare quelle di veluto e tovaglie. 9 – Che l’instromenti fatti delli capitali della chiesa si devino fare col consenso del signor arciprete. 10 – Che sia dichiarato che li sacerdoti, specialmente quelli di Crusano, siano obbligati a venir a servir la chiesa e frequentare la dottrina e le congreghe, delle quali sono stati negligenti per il passato. 11 – Che sia decretato che la comunità paghi la sua terza parte della procurazion canonica non solo di questa visita, ma delle due antecedenti Barbarigo e Gradenigo, non avendo fin’ora pagato niente e che esso signor arciprete possi in ogni occorrenza farsi pagare, essendo stata pagata anche a Mori nella visita del prencipe di Trento e così tal pratica usata anche in [111^v] altri luoghi vicini, interpretandosi esservi la consuetudine di pagar. Che chi non ha sodisfatto alla comunione paschale nella propria parochia incorra nelle pene decretate nel Concilio lateranense, contenute nel decreto registrato nel rituale romano. Che niuno figlio di famiglia anche con sicurtà possi essere adnesso alla carica di massaro.

Illustrissimus et reverendissimus praesul, expositis in praedicto memoriali diligenter perpensis, decrevit ut sequitur, scilicet: super primo capite standum esse in iam decretis. Super secundo, cum iam provisum sit per decretum in visitatione gradonica, decretum ipsum observari debere. Super tertio et quarto, quotiescumque casus contingerit, certiorari debere suam illustrissimam et reverendissimam dominationem et ab ea licentiam recipere. Super quinto et septimo, dare debere notitiam partibus. Super sexto, coemeterium reparari debere per quos spectat, ne a[d]ditus pateat animalibus immundis. Super octavo, invigilet admodum reverendus archipresbyter ut residua percipiantur [112] diligenter per quos spectat et percepta impendantur prout impendi debent. Super nono, in instrumentis capitalium bonorum ecclesiae interveniat assensus admodum reverendi archipresbyteri ad avertenda mala ipsis ecclesiis. Super decimo, repetiit quod iam in hac sua visitatione statuit et quod ordinandum est in visitatione gradonica. Super undecimo, servetur decretum super hac re in visitatione gradonica emanatum. Quoad defficientes in Paschate, detur notitia de eorum deffectu suae illustrissimae et reverendissimae dominationi. Quoad filios familiae pro officio massariatus, servetur dispositio iuris et ita et cetera, omni et cetera. Quo vero ad alias supplicationes in hac visitatione praesentatas et hic descriptas, decrevit super singulis ut infra, videlicet: Eccellenza illustrissima e reverendissima signor signor patron graziosissimo, in visitatione Brentonici. Die 8 iunii 1737 producta per dominum Iosephum Zanini, locum tenentem, reverendum dominum Petrum Zanini et dominum Iosephum Betta [112] iuris utriusque doctorem, procuratores delegatos communitalis, nomine et cetera instantes et cetera. Oppressa la povera ed afflitta umilissima oratrice comunità di Brentonico da spese eccedenti il miserabile stato delle sue rendite comunali, sofferte parte per diffendere li suoi diritti e ragioni e gran parte dalla neccessità di dover contribuire a viva forza di minaccie il bisognevole alle truppe cesaree nel passo e ripasso ed incantonamento delle medesime in questa valle Lagarina alla difesa de confini per impedire l'invasione all'armata gallosarda avvicinatasi alle frontiere, si vede costituita in un indispensabile impegno di supplire alle sue indigenze con imponer una coletta sopra li beni de particolari a proportionem di quello che ogn'uno possiede. Gran parte delli detti beni vengono posseduti dalli ecclesiastici, anche oltre il loro congruo sostentamento, proveniente da quel patrimonio che per passare alli ordini sacri le fu assegnato dalle loro case. Che questa sorta di spese riguardi l'utilità e difesa universale anche delli ecclesiastici, la saviezza dell'eccellenza vostra reverendissima [113] lo può comprendere dal solo riflesso che, entrando un'armata in paese inimico, la licenza militare non perdona a chi che sia, essercitando atti d'ostilità senza distinzione di persone, in obbrobrio e villipendio anche del caratere sacerdotale. Che la comunità supplicante sii in istato di non poter supplire alli aggravii dalli quali viene pressata, ecco il quantitativo delli debiti a quali soggiace. Che le sue rendite non siino sufficienti per poterli sodisfare, ecco il quantitativo delli frutti e rendite che ricava dalli suoi effetti, umiliati ad inspectionem dell'eccellenza vostra reverendissima. Dalla contribuzione di consimili spese non vengono dispensati li ecclesiastici, né tampoco dalli sacri canoni, come insegnano li dottori che per brevità e minor tedio dell'eccellenza vostra reverendissima si tralasciano da allegare. Sono stati urbanamente ricercati questi signori religiosi di Brentonico a prestar qualche sussidio alla propria patria per sollevarla in qualche parte dalli insoportabili gravami, ma sempre più fissi nella [113] negativa, sotto lo scudo di minacciate scomuniche, danno motivi di ricorre<re> al tribunale dell'eccellenza vostra reverendissima, supplicando la sua benignità interponere l'offitio suo autorevole o per persuaderli o per obbligarli a corrispondere quel caratto che per aes et libram importano le loro facoltà. Con questo mezzo si leverà l'occasione di ricorrere ad principem protectorem, affine d'implorare quel brazio quale in materia reale ne stati austriaci non solo si concede, ma si comanda che venghi essercitato da giudici laici contro beni posseduti dalli ecclesiastici. Sospira la grazia e profondamente s'inchina: dell'eccellenza vostra reverendissima umilissimo servitore li rappresentanti del publico di Brentonico. Die 11 iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, visa, lecta ac mature perpensa supplicatione antescrpta, sibi die 8 dicti mensis per delegatos communitalis praesentata, qua supplicatur imponi posse collectam super bonis ecclesiasticorum usque adhuc omnino exemptis iuxta aes et libram, [114] decrevit illam reiciendam esse prout reiecit et ita et cetera, omni et cetera.

Eccellenza illustrissima e reverendissima signor signor patron graziosissimo. In visitatione Brentonici die 8 iunii 1737 producta per dominum Iosephum Zanini locum tenentem, reverendum dominum Petrum Zanini et dominum Iosephum Betta iuris utriusque doctorem, procuratores delegatos communitalis, nomine et cetera instantes et cetera. Giacché la clemenza dell'onnipotente Iddio ha illuminato il zelo pastorale dell'eccellenza vostra reverendissima a visitare questo devotissimo popolo di Brentonico e consolarlo colla sua presenza, per ricever principalmente la benedizione spirituale e piantar un sistema proprio e ragionevole non tanto per il buon regolamento alle cose ecclesiastiche, quanto anche per porgerle qualche sollievo alle indigenze temporali, in cui si ritrova angustiata la umilissima comunità oratrice; rappresenta perciò con tutta la veneratione all'eccellenza vostra reverendissima essersi introdotti abusi e corrutele tali da non dissimularsi più in lungo, come repugnanti alli sacri canoni, onstitutioni sinodali, diritti comunali e sentenze [114] sopra ciò

emanate, implorando il braccio ed autorità sua sovrana sradicar tali abusi e ponervi con decreto positivo un opportuno riparo, perché venghino nell'avvenire inviolabilmente osservate le disposizioni già stabilite a tenore delle sudette sentenze, che se le umliano per sua informazione e, per quello riguarda l'amministrazioni passate delle rendite ecclesiastiche, comandare che venghino comunicati li libri, per vedere come quelle siino state impiegate a fine di farne render conto dalli amministratori, il che, per esser appoggiato a termini dell'onesto, sospira ottenere dalla retta ed incorrotta sua giustizia, mentre con il più profondo ossequio s'umilia al trono dell'eccellenza vostra illustrissima e reverendissima.

Die 11 iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, lecta et diligenter considerata supplicatione antescrpta, reverenter sibi die 8 dicti mensis per delegatos communitatis praesentata, quae vertit super administratione et gubernio bonorum societatum et ad pias causas relictorum, decrevit servandam esse praxim et [115] consuetudinem huc usque servatam et ita et cetera, omni et cetera.

Eccellenza illustrissima e reverendissima signor signor patron graziosissimo. Die 11 iunii 1737 in visitatione Brentonici praesentata per infrascriptum supplicantem, instando et cetera. Il reverendo quondam don Clemente Malfatti istituì un beneficio semplice laicale al venerabile altare della Santissima Trinità, eretto nella venerabile parrocchia di Brentonico e gli assegnò per sua dote una casa con un torchio, broliua e pezza di terra giacente, coll'obbligo di celebrar due messe per cadauna settimana in perpetuo a quel sacerdote che fosse di tempo in tempo investito per li frutti che doveva ricevere dalli effetti soggetti al predetto beneficio. Fu primo investito il quondam signor domino Francesco Malfatti, a cui successe, doppo la di lui morte, il quondam domino Clemente Falcieri mio fratello e, questo defonto, il beneficio si è devoluto ad un mio figliolo chiamato dal fondatore come della linea beneficata. Successe che, al tempo dell'invasione gallispana in questi confini del Tirolo, furono inceneriti un torchio e la maggior parte della casa, incorporati nella dote del predetto [115] beneficio e così, diminuiti li frutti e rendite, resi ormai incapaci ed insufficienti per l'elemosina dovuta alla celebrazione delle due messe per cadauna settimana. Supplico per tanto la sovrana autorità dell'eccellenza vostra reverendissima graziarmi della riduzione e moderazione di dette messe a misura delli frutti che si ricavano dal residuo delli beni soggetti e profondamente inchinandola mi rassegno: dell'eccellenza vostra illustrissima e reverendissima umilissimo ed obligatissimo servidore Francesco Falcieri di Brentonico.

Visa et lecta supplicatione antescrpta per Franciscum Falcieri praesentata, qua petitur moderatio et reductio missarum pro officatura a quondam reverendo domino Clemente Malfatti anno 1665 instituta, illustrissimus et cetera decrevit verificari debere in supplicatione narrata et procedendum esse, servatis servandis, cum reccursu ad romanam curiam pro petita moderatione et reductione missarum et ita et cetera, omni et cetera.

[116] Eccellenza reverendissima. Die 11 iunii 1737 in visitatione Brentonici praesentata per infrascriptum Gasparem Zanini, nomine et cetera, instantem et cetera. Dalla nota presentata in mano dell'eccellenza vostra delle pretensioni come essatore e procuratore di questa parrocchia, come meglio esprimo gl'incomodi havuti in detta mia nota. Supplico vostra eccellenza voler assignar un annuo salario per il tempo che ho servito, mentre sospiro la bramata grazia col bacciargli la sacra veste ed umilmente m'inchino: dell'eccellenza vostra reverendissima umilissimo, devotissimo e obligatissimo servitore e supplicante Gasparo Zanini.

Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, admissis instantiis sibi oretenus humiliter porrectis et in antedicta supplicatione exaratis per Gasparem Zanini, licet ipsemet Zanini in visitatione gradonica anni 1718 sine onorario deputatus dignoscatur, tamen, cum aequum sit labores et incomoda cum mercede et comodis [116] compensari, delegavit et deputavit admodum reverendum archipresbyterum Brentonici ut idem cognoscat et statuatur debita ratione ad labores et ad vires reddituum quidquid pro omni et toto eo congruum indicabit correspondendum ipsimet Gaspari Zanini pro laboribus anteactis nec non praefato admodum reverendo archipresbytero facultatem dedit decernendi imposterum eidem Gaspari Zanini annuam aequam mercedem iuxta vires reddituum et labores faciendos et ita et cetera, omni et cetera.

Eccellenza. Die 11 iunii 1737 in visitatione Brentonici per infrascriptum praesentata et cetera. Andando io umilissimo supplicante debitore verso li signori massari dell'altare di nostro Signore la summa di troni 150 e verso li signori massari di San Giacomo sopra il monte la summa di troni 60 e questi incorsi per tanti affitti che il quondam mio padre doveva annualmente pagarli, perciò adesso, venendo io dalli medesimi per via di giustizia spinto ed obbligato a dover erborzarli tale summa e non havendo io il modo di renderli sodisfatti, [117] mentre mi ritrovo privo non solo di danaro ma etiamdio di beni di fortuna, dovendo andare giornalmente con miei sudori e fatiche ad accattare il pane non solo per me ma etiamdio per mia moglie e perché senza alcun arte ed industria, essendo mio malgrado zoppo e stroppiato, convienmi che li giorni interi senza haver di che cibarmi famelico me ne stii; onde genuflesso ed inchinato a piedi di vostra eccellenza sono a pregarvi, per le viscere di Gesù Christo, che mi vogli far grazia di rilasciarmi, dimettermi e donarmi tale summa da detti massari ricercatami, mentre, se avessi il potere, mi stimarei un indegno se non pagassi tale summa, ma perché

il più miserabile di tutto questo paese per mia disgrazia sono, in niun conto posso renderli sodisfatti, sospirando la grazia da vostra eccellenza umilmente e profondamente mi inchino a vostra eccellenza: devotissimo, umilissimo servo e suddito Dominico quondam Passarin Passarini.

Super supplicatione antescripta Dominici quondam Passarini Passarin, illustrissimo et cetera, constito de veritate narratorum et [117] impotentia solvendi debita ibi exposita, illum ab integra praestatione debitorum enunciatorum dixit pro nunc esse dispensandum, prout dispensavit; ita tamen ut iuxta vires solvat et, si ditior evadat, integre tum quod reliquum est persolvere teneatur et ita et cetera, omni et cetera.

Suae visitationis negotiis absolutus, incoenatus pernoctavit. Die mercurii 12 mensis iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, cum hunc diem decreverit pro eius discessu a plebe Brentonici, iter Avium facturum et suam ibi pastorem visitationem incoaturus, summo mane evigilavit. Porro receptis tum ab admodum reverendo archipresbytero, sacerdotibus et clero tum a dominis capitaneo, vicario et deputatis huius plebis et communitatis Brentonici plurimis et devenerationis et grati animi pro collato suae paternae visitationis dono argumentis, quibus omnibus humanissime correspondit, parochialem ecclesiam adivit, ubi cum *De Profundis* suam de more pastorem visitationem clausit. Subinde ab omnibus deveneratus, equum [118] ascendit et, associatus ab admodum reverendo domino archipresbytero, domino vicario et deputatis communitatis, ad ecclesiam usque Sanctae Luciae iter Avium versus aripuit. Ad dictam ecclesiam Sanctae Luciae perventus, praedicti archipresbyter, vicarius et deputati devenerationis et grati animi monumentis erga suam illustrissimam et reverendissimam dominationem repetitis, recesserunt. Illico obvios habuit admodum reverendum archipresbyterum et dominum Ascanium Poli, capitaneum Avii nec non archipresbyterum Pilcantis multumque clerum et populum, suam illustrissimam et reverendissimam dominationem obsequio multo ac multa laetitia suscipientes et comitantes ad locum Pilcantis persecutus, tantisper in aedibus parochialibus diversatus est. Subinde iterum inceptum iter per viam Alae aripuit, Avium ap[ro]p[ri]ans laetabundus populus occurrit et, multa pompa, campanarum sonitu tubarumque clangoribus, tormentorum bellicorum frequentibus explosionibus receptus et a deputatis communitatis deveneratus, ad aedes parochiales ductus fuit, ubi suam fixit mansionem. Quievit et, inter aliorum obsequia et suae humanitatis officia, usque ad meridiem [118] consumpta die, prandium sumpsit. Die antedicta 12 iunii 1737 post prandium. Convocato per consueta signa populo omnibusque honorifice paratis, suum solemnem in ecclesiam modernam parochialem sub nuncupatione Assumptionis beatae Mariae Virginis et Sanctorum Rochi et Sebastiani ingressum habere voluit. Itaque confratribus societatum capis indutis, clero et multo populo ordinate dispositis, relictis aedibus parochialibus, sub baldachino a sex deputatis gestato (scilicet domino Ascanio Poli capitaneo, domino doctore Francisco Antonio Cavazzani vicario, domino doctore Iacobo Libera proveditore, domino Iosepho Salvetti, domino Carolo Venturi et domino Federico Salvetti) receptus, deosculata cruce in egressu domus parochialis sibi ab admodum reverendo domino Ioanne Ascanio Poli archipresbytero pluviali induto oblata, processionaliter, cantico *Benedictus* et cetera decantato, parochialem ecclesiam antedictam petiit. In cuius limine sistens, aqua benedicta populum aspersit aspergillo a dicto domino archipresbytero oblato, a quo etiam thurificationis honor praestitus fuit. Subinde clangentibus tubis, organis pulsantibus, [119] sonantibus campanis, ecclesiam ipsam

[a margine: AVIO] solemniter ingressus est. Ante altare maius genuflexus, pias Deo preces fudit et, interim consuetis decantatis, altare ascendit et, recitata titularis oratione, populo benedixit, suam episcopalem indulgentiam, confessione praemissa, de suo mandato publicatam, impartitus est. Ad thronum honorifice sibi paratum a cornu evangelii venit ibique, duobus sacerdotibus dalmaticis indutis inservientibus, pontificalibus violacei coloris indutus fuit et in ecclesia ac coemeterio de more pro defunctis exequias absolvit. Depositis violaceis sumptisque pontificalibus albi coloris, paemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius marmoreum in honorifico tabernaculo ac pixide argentea intus inaurata optime tentum et sub sera et clavi tute custoditum. Ex factis perquisitionibus habuit sub hac cura animas quae [119] sacram communionem sumunt numerari 2007, in totum vero 2768, inter quas unam reperiri quae praecepto communionis paschalis non obtemperavit; quapropter mandatum fuit admodum reverendo archipresbytero ut illam paterno zelo admoneat, quod si contumax erit eandem suae illustrissimae et reverendissimae dominationi denunciare tenebitur. Lampadem nocte dieque accensam manuteneri ex redditibus ecclesiae seu sacristiae; cereos vero a societate sanctissimi Sacramenti ex redditibus eiusdem altaris maioris provideri; temporibus debitis sanctissimum Sacramentum renovari et, cum opus est ad infirmos deferri, praemitteri consueta signa ad convocandum populum; associantibus concessas indulgentias publicari ac debito cultu associari, quapropter extare baldachinum, umbellam, pixidem, fanalia, thronum aliaque ad id opportuna nec non duo ostensoria, quae omnia ostensa et visa fuerunt; eiusdem sanctissimi Sacramenti solemniter fieri die festo Corporis Christi. Quibus absolutis, iterum praemissis adoratione, hymno et thurificatione, populo benedixit ac, reposito sanctissimo Sacramento, ad aedes parochiales se se restituit et incenatus pernoctavit.

[120] Die iovis 13 iunii 1737. Illustrissimus dominus vicarius generalis, summo mane surgens, ad infrascripta oratoria visitanda se contulit et visitavit: [a margine: Sant'Antonio Abbate] publicum oratorium sub castro Avii, Sancto Antonio Abbati dicatum, infra limites parochialis ecclesiae Avii erectum, de ratione nobilium dominorum comitum de Castro Barco. Unicum vidit altare, ex ligno confectum, cum portatili et icone depicto a celebri pictore Paulo Farinato. In hoc oratorio et altari habetur simplex perpetuum ecclesiasticum beneficium, de iure patronatus praedictorum nobilium dominorum comitum, cum obligatione reverendo rectori eiusdem benefitii manutenendi oratorium et altare ac celebrandi missam singulis diebus festis de praecepto, ex redditibus eiusdem benefitii, valoris annui florenorum centum et quinquaginta circiter. Rector eiusdem benefitii est reverendus dominus Franciscus Petroli, sacerdos de Vado, Alae tridentinae diaecesis, institutus cum bullis huius curiae episcopalis diei primae februarii 1719; agit modo aetatis suae annum 56 circiter. Retro altare parvus extat chorus, qui inservit pro sacristia, ubi in armario tentas vidit sacras suppellectiles pro [120^v] sacro faciendo, de quibus sufficienter est provisum. In dicto oratorio quaedam extant sepulcra; ideo pro defunctis recitavit *De Profundis* et cetera. Quibus habitis et cetera. [A margine: San Carlo] Visitavit publicum oratorium sub titulo Sancti Caroli in contrata de Fos, infra limites plebis Avii, anno 1613 erectum et anno 1616 die 6 novembris consecratum ab illustrissimo et reverendissimo domino Alexandro a Turre, episcopo Hierapetrensi et Sithiae. Fertur hoc oratorium olim fuisse de iuepatronatus illorum de Meschinis; modo vero, vi testamento 5 octobris 1633, esse iurispatronatus prioris confraternitatis sancti Caroli hic erectae et duorum seniorum dictae contratae, prout in actis domini Augustini Campagnolae notarii. Confraternitas praedicta sancti Caroli, ex licentia episcopali diei 27 novembris 1613 et eiusdem confratres, qui modo implent numerum 148, induunt cappas violacei coloris cum rochetto seu mozeta rubea et reguntur iuxta regulas et capitula, in hac curia episcopali die 7 aprilis 1677 aprobata. In loco seu oratorio contiguo conveniunt iidem confratres diebus festis, officium beatae Mariae Virginis recitaturi. [121] In dicto oratorio unicum extat altare ligneum auro linito cum icone et portatili, ubi habetur perpetuum simplex ecclesiasticum beneficium, cappellania nuncupatum, a quondam Matthaeo Marchesini die 15 martii 1649 in actis praedicti Augustini Campagnolae institutum, cum onere celebrandi missam diebus festis tam ex praeceptis quam ex voto nec non bis in qualibet hebdomada et cum annuo reddito ex bonis stabilibus relictis, cuius benefitii est rector, cum bullis episcopalibus institutus, venerabilis clericus in minoribus constitutus Marcus Antonius Keller Roboretti commorans, pro quo missa celebrat reverendus dominus Carolus Mauritius Cavazzani. Haec ecclesia fruitur redditibus valoris annui *lirazze* 59 circiter; qui redditus reguntur a massario per confraternitatem votis secretis deputato, qui singulis annis rationem reddit reverendo rectori et superioribus confraternitatis. Impenduntur autem, suportatis oneribus aliquot missarum, in manutentione eiusdem oratorii, cereorum et suppellectilium; quare vidit libros et computa. [121^v] Confratres huius societatis gaudent nonnullis indulgentiis et gratiis spiritualibus, vi aggregationis archiconfraternitati sanctorum Ambrosii et Caroli almae Urbis, prout ex diplomate diei 20 decembris 1713, in hac curia episcopali viso die 30 ianuarii 1714. Vidit confessionale pro excipiendis confratrum sacramentalibus confessionibus, de licentia admodum reverendi domini archipresbyteri. Visitavit sacristiam, a latere epistolae erectam ac vasa sacra et sacras suppellectiles, in armario nuceo servatas, de quibus sufficienter esse provisum cognovit. Ordinata. Portatile altaris cooperiatur tela cerata – sperae vitrae prout indigent laudabiliter sarciantur – sepultura illorum de Meschinis in hoc oratorium existens cooperiatur novo lapide – specula quae in fine ecclesiae e domo privata prospicit in ecclesiam muro obturetur, aliter ecclesia ipsa sit suspensa – erigatur crux ferrea in culmine tecti ecclesiae. Quibus habitis et cetera. [122] [A margine: San Vigilio] Publicum oratorium Sancti Vigili, olim , ut fertur, antiqua parochialis ,in contrata eiusdem nominis Sancti Vigili infra limites parochialis ecclesiae Avii existens, a communitate et piorum eleemosynis manutentum. Unicum ibi habetur altare cum portatili et icone ac statua beatae Mariae Virginis, in urna ex ligno inaurato crystallisque compacta reposita, in quo duo missarum legata extant: unum scilicet usque ab anno 1410 a quondam nobili domino Azone de Castro Barco relictum, sacrum faciendi qualibet hebdomada, cui satisfacit reverendus dominus Bartholomaeus Antonius Cavazzani uti curatus, alterum quondam Hieronymi Andreis (cuius cadaver hoc in oratorio anno 1691 humatum fuit) celebrandi missam singulis diebus festis, quod adimpletur iuxta vires, cum redditus non sint tanti valoris ut integre satisfieri possit et adimplet reverendus dominus Donatus Campostrini. Hoc honore adimpleto, aliis diebus festis celebratur ex devotione. Vidit confessionale, hic positum de licentia admodum reverendi archipresbyteri pro fidelium sacramentalibus confessionibus excipiendis. Chorus retro altare existens inservit pro sacristia ubi in [122^v] armario servatas visitavit sacras suppellectiles et vasa sacra pro sacro faciendo, de quibus satis est provisum. Unica habetur campana pro convocando populo. Contiguum ecclesiae a latere epistolae vidit coemeterium nec non tres sepulturas in ecclesia, quare pro defunctis pias preces fudit. Ordinata. Pavimentum ecclesiae laudabiliter restauretur – lapis unius ex sepulturis fractus removeatur et novo lapide sepultura ipsa cooperiatur – muri coemeterii ubi indigent reparentur ac restaurentur – in eiusdem coemeterii angulis erigantur cruces nec non

crux ferrea erigatur in culmine tecti dictae cclesiae. Quibus habitis et cetera. [A margine San Bernardino] Publicum oratorium Sancti Bernardini, in contrata Sablonariae infra limites parochialis ecclesiae Avii erectum – ut fertur – a familia illorum de Vassalinis, cuius familiae legatum extat missarum duodecim quolibet anno, in quatuor temporibus celebrandarum, quibus satisfacit reverendus dominus Carolus Passarini, qui etiam adimplet legatum ordinatum a quondam reverendo Ioanne Passarini [123] missarum trium qualibet hebdomada. Aliud quoque habetur legatum sacrum faciendi diebus festis et singulis sextis feriis, ex ordinatione quondam Francisci Mozzi, ad quod implendum a testatore est vocatus reverendus dominus Iacobus Libera et eidem haec officitura pro titulo sui patrimonii assignata fuit, pro qua tamen celebrat reverendus dominus Ioannes Baptista Libera. Caeterum hoc oratorium fruitur redditu librarum sex cerae, ex dotatione familiae Vassalinae et *lirazze* 24 ex assignatione quondam Francisci Mozzo; in reliquis manutinetur piorum eleemosynis. In eo unicum ex ligno compactum extat erectum altare cum portatili. Retro altare vidit chorum, qui inservit pro sacristia et visitavit sacras suppellectiles, in armario custoditas pro sacro faciendo neccessarias, de quibus satis est provisum. Unica habetur campana pro populo convocando. Vidit confessionale, de licentia admodum reverendi archiprebyteri hic servatum pro sacramentalibus fidelium confessionibus excipiendis. De licentia praefati archipresbyteri, hic docentur puellae doctrinam [123^v] christianam diebus festis. Duas inspexit sepulturas; ideo pro defunctis oravit. Ordinata. Pavimentum dicti oratorii reparatione indigens laudabiliter sarciatur et adequetur. Quibus habitis, ad aedes parochiales se se restituit. Illustrissimus vero et reverendissimus praesul, convocato iam per consueta signa et plurimo confluente populo, honorifice ut ante sub baldachino receptus, ecclesiam petiit eaque per consuetas caeremonias ingressa, ante altare maius genuflexus pias ad Deum preces fudit. Deinde thronum ascendit et pro missa praeparationem emisit. Porro duobus sacerdotibus dalmaticis indutis inservientibus, sacerdotalibus paramentis indutus fuit et sacrum fecit, musicis concentibus honoratus. Magno postea labore paternoque affectu quamplurimis utriusque sexus christifidelibus sacrosanctum Eucharistiae sacramentum ministravit. Demum actis Deo optimo maximo gratiis, defatigatus ad aedes parochiales se se restituit, quievit et prandium sumpsit. [124] Die antedicta 13 iunii 1737 post prandium. Per consueta signa convocato populo ad ecclesiam parochialem, ad eam pro pio exercitio doctrinae christianae habendo venit illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, ut supra sub baldachino honorifice associatus. Ecclesia itaque per solitas caeremonias ingressa fuisque Deo optimo maximo precibus, thronum ascendit et quoniam sit ordo, cultus et frequentia huius tam neccessarii operis diligenter perquisivit cumque recte iuxta regulas hoc exercitium regi diligenter col[li] et frequentari cognoverit, ad examen puerorum descendit. Itaque quomodo edocti, quid didicerint per varias interrogationes de misteriis fidei et rebus principalioribus ad aeternam salutem spectantibus scire paterno amore optavit, quos – Deo dante – bene et laudabiliter edoctos invenit; plurimum tamen in Domino hoc tam proficuum opus omnibus comendavit ut magis magisque in dies pro animarum salute fructus uberius fiat. Subinde pontificalibus indutus, duobus in dalmaticis sacerdotibus inservientibus, copioso utriusque sexus populo [124^v] Confirmationis sacramentum multo cum labore sed non minori affectu ministravit. Porro defatigatus, ad aedes parochiales se restituit et incenatus pernoctavit. Die veneris 14 mensis iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, ut ante honorifice receptus, ecclesiam parochialem petiit, in cuius ingressu facta de more aquae benedictae aspersione et ante altare maius adoratione, thronum ascendit et, emissa pia praeparatione, sacerdotalibus indutus, duobus in dalmaticis sacerdotibus inservientibus, sacrosanctum missae sacrificium peregit et frequenti utriusque sexus populo sanctissimum Eucharistiae sacramentum paterno affectu ministravit. Actis inde Deo optimo maximo gratiis et visitationis huius parochialis Assumptionis beatae Mariae Virginis et Sanctorum Rocco et Sebastiano dicatae et consecratae die 18 octobris ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo Petro Leoni tum temporis episcopo veronensi, cuius tamen consecrationis anniversaria dies agitur dominica tertia mensis septembris, vi indulti sacrae congregationis diei 17 aprilis 1717 incumbendo visitavit. [125] Olea sancta, quae a cathedrali Veronae percipiuntur, in vasculis argenteis et decenti arcu marmorea ad altare maius a cornu evangelii sub sera et clavi honorifice custodita. Sacrum fontem baptismatis, in cappella a cornu epistolae in fine ecclesiae erecta, sub rastris ferreis et clavi decenter et tute custoditum. Sex confessionalia, quorum quatuor nuca in ecclesia disposita pro excipiendis christifidelium sacramentalibus confessionibus. Altare maius consecratum, Assumptioni beatae Mariae Virginis et sanctis Rocco et Sebastiano titularibus dicatum, ex marmoribus moderna in eleganti forma constructum, cum retro choro et icone. Manutinetur a societate sanctissimi Sacramenti et ex redditibus sacristiae, qui ex policea exhibita sunt valoris *lirazze* 300, cum oneribus tamen missarum octuaginta quatuor annuatim et aliarum duodecim nec non officii generalis ac alterius officii missarum quinque. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, honorifice ex marmoribus anno 1710 erectum cum portatili. Extat societas eiusdem beatae Mariae Virginis, [125^v] canonicè erecta etiam ex renovatione per reverendum dominum Ioannem Iacobum Testa hic concionatorem, quae manutinet altare ex annuis redditibus valoris ut in policea *lirazze* 596.10, cum onere

tamen quinque officiorum generalium post quamquem solemnitatem beatae Mariae Virginis celebrandorum et missarum ex legatis annuis quadraginta octo. Altare sancti Francisci quoque marmoreum, formae elegantis cum portatili, manutentum ex redditibus in policea praesentata una cum altari sancti Rochi, valoris annui *lirazze* 754.1, cum onere ad dicta duo altaria celebrari faciendi missas ex legatis pro valore *lirazze* 344, ex quibus una hic singulis sextis feriis celebratur. In hoc altare vidit arcam ligneam pulchre incisam auroque linitam ac crystallis munitam, in qua servantur duodecim reliquiariae thecae crystallinae rotundae formae et in his intus clausae sacrae reliquiae, scilicet: sancti Faustini, sancti Vitalis, sancti Theodori martyrum, sancti Leonis papae confessoris, sancti Victoris papae martyris, sancti Illarii martyris, sancti Iulii martyris, sancti Severini martyris, sancti Floriani martyris, sancti Marini martyris, sanctae Iucundae martyris, sanctae Hilariae martyris, quas bene clausas et sigillatas inventas recognovit et deveneratus est. [126] Altare beatae Mariae Virginis a Cintura, ex marmoribus et gipso vulgo *a stucco* compactum cum portatili et icone. Sub invocatione eiusdem beatae Mariae Virginis extat erecta societas cum indulgentiis et gratiis prout in diplomate 25 maii 1645. Hoc altare manutentur ex redditibus, qui ex policea exhibita sunt valoris *lirazze* 140, cum onere missarum singulis annis sexaginta duarum pro animabus purgatorii, ex legato quondam Stephani Frachetti. Altare sanctarum Luciae et Appoloniae martyrum, pulchrae formae, ex marmoribus aedificatum cum portatili, a comunitate manutentum. Est decoratum sacris reliquiis, scilicet: ex ossibus sanctae Luciae virginis et martyris in theca argentea servatis ac sigillatis, cum documento in hac curia episcopali recognito die 9 decembris 1726; pars quoque capitis sancti Valentis et pars brachii sancti Iucundi martyrum, cum instrumento huius curiae diei 20 iulii 1723. Ad hoc altare habetur erectum perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum seu cappellania sub nomine sanctae Luciae, ex devotione quondam admodum reverendi domini Francisci Campagnola, cum iurepatronatus suae familiae resservato, cuius rectori onus incumbit celebrandi missam quater in singula hebdomada et satisfit. Altare sancti Antonii patavini, elegantis formae quoque marmoreum [126] cum portatili et icone celebris picturae, sub cuius mensa honorifice repositum solemnem pompa die 9 novembris 1727, prout ex publico huius curiae episcopalis documento, servatur sacrum corpus sancti Innocentii martyris. Hoc altare, in quo extat erecta societas eiusdem sancti Antonii, manutentur ex redditibus valoris annui *lirazze* 149.14, prout in supplicatione producta, sed onera missarum legatarum tanti sunt ut praedictis redditibus supportari non possint. Sunt enim: ex legato Cavezzani misse 44; ex legato Salvetti missae 24; ex legato Mozzi missae 24 et ex legato Pagani missae 12, quae implent summam missarum 104; ideo supplicatum fuit prout in dicta supplicatione, cui et cetera. Habetur quoque perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum iuripatronatus – ut asseritur – domini archipresbyteri, domini vicarii Avii et massarii altaris, cum onere tot sacrificia celebrandi quot sunt redditus bonorum dicti beneficii. Alia extat officitura manualis familiae illorum de Emanuellis, appellatis Prandi, cum assignatione bonorum stabilium, ex quorum redditibus cappellanus celebrare tenetur singulis diebus festis. Altare sanctorum Rocchi et Sebastiani, honorificae structurae pariter [127] marmoreum cum portatili et icone; manutentur a communitate Avii et societate sub invocatione sancti Rocchi hic erecta, cum oratorio tamen prope ecclesiam, ubi confratres – qui induunt cappas nigras – conveniunt recitaturi officium beatae Mariae Virginis. Caeterum, redditus huius altaris una cum altari sancti Francisci sunt valoris annui *lirazze* 754.1, ut in policea exhibita, cum oneribus missarum ut supra dictum fuit de altari sancti Francisci. Vidit organa et sugestum in quo quadragesimali tempore concionatur per concionatorem ab illustrissimo et reverendissimo domino Veronae episcopo missum. Visitavit sacristiam, armariis nuceis circum ornatam, cum fonte marmoreo pro abluendis sacerdotum manibus et visitavit sacras suppellectiles ac vasa sacra tum pro missae celebratione tum pro sacris functionibus habendis, quae omnia honorifice et abundanter provisa et cum laude perpolite tenta invenit. Totam vidit ecclesiam, amplae et magnificae formae honorifice custoditam nec non coemeterium ecclesiae annexum. Quibus habitis, ordinavit ut infra et in aedes parochiales se [127] recepit et, favente tempore, pro tribunali sedendo personali sacerdotum et clericorum visitationi vacavit. Ordinata. Mensa altaris beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii cooperiatur tela cerata – alia quoque tela cerata provideatur, qua cooperiatur mensa altaria sancti Francisci – crania defunctorum quae in coemeterio inhumata existunt sepeliantur et nulla inhumata servantur – si functiones omnes ecclesiae, maxime certe sacrosancta sacrificia honorifice sunt peragenda; propterea, renovando ordinata illustrissimi et reverendissimi domini episcopi Barbadici in sua visitatione huius ecclesiae anno 1711, praecipitur et mandantur ne sacrificia celebrentur nisi cum candelis accensis cerae albae ponderis saltem unciarum trium pro quaque. Porro in aedibus parochialibus pro tribunali sedendo, coram sua illustrissima et reverendissima dominatione comparuerunt: admodum reverendus dominus Ioannes Ascanius Poli aetatis suae annorum 47, sacerdos de Avio, archipresbyter huius parochialis ecclesiae Avii et, ea qua decet reverentia, praesentavit bullas episcopales sui beneficii datas die 19 septembris 1733, cum mandato possessionis acceptae die 24 dicti [128] mensis et anni nec non mandatum vicariae foraneae diei 21 ianuarii 1734. Ostendit quoque libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum ac status animarum, bene

tentos; insuper praesentavit policeas iuxta aedictum, quae in fine huius libri sub littera **M** repositae sunt. Porro interrogatus de suo clero et populo, an adsint usurarii, concubinarii, publici peccatores, eretici vel del eresi suspecti et malae vitae homines et tum de clero tum de populo bene respondit. Dimissus subinde comparuerunt: reverendus dominus Dantes Poli, sacerdos confessarius cum mandato ad annum aetatis suae annorum 37; reverendus dominus Bartholomaeus Antonius Cavazzani, sacerdos cappellanus curatus cum mandato ad annum pro sacramentalibus confessionibus excipiendis, aetatis suae annorum 35; reverendus dominus Ioannes Baptista Libera, sacerdos de Avio, cappellanus cappellaniae appellatae Mozzi aetatis suae annorum 76; reverendus dominus Ioannes Baptista Bonfante, sacerdos de Avio et confessarius cum mandato ad annum, aetatis suae annorum 72; reverendus dominus Ioannes Baptista Bongiovanni, sacerdos de Avio et [128^v] confessarius cum mandato ad annum, aetatis annorum 61; reverendus dominus Augustinus Campagnola, sacerdos de Avio et rector benefitii seu cappellaniae ad altare sanctae Luciae, de iure patronatus suae familiae, cum bullis episcopalibus diei 16 iunii 1712; reverendus dominus Aliprandus Emanuelli, simplex sacerdos de Avio; reverendus dominus Ioannes Baptista Colombarola, sacerdos de Avio et confessarius, cum mandato ad annum, aetatis suae annorum 36; reverendus dominus Donatus Campestrini, doctor, sacerdos et confessarius cum mandato ad annum, aetatis annorum 40; reverendus dominus Carolus Mauritius Cavazzani, sacerdos de Avio, confessarius cum mandato pro excipiendis sacramentalibus confessionibus marium et foeminarum infirmarum, aetatis suae annorum 29; reverendus dominus Antonius Turrini iuris utriusque doctor, sacerdos de Avio et confessarius, cum mandato ad annum, aetatis suae annorum 40; reverendus dominus Carolus Passarini, sacerdos de Avio aetatis annorum 40; reverendus dominus Iacobus Segà, sacerdos de Avio, cappellanus cappellaniae Frchetti aetatis suae annorum 35; reverendus dominus Octavius Cavazzani, sacerdos de Avio, rector benefitii seu cappellaniae Bonfante ad altare sancti Antonii [129] in hac parochiali, cum bullis episcopalibus diei 22 martii 1719, aetatis suae annorum 43; reverendus dominus Franciscus Zampolli, simplex sacerdos de Avio aetatis suae annorum 26; reverendus dominus Philippus Poli, sacerdos de Avio et confessor pro maribus et mulieribus infirmis tantum, aetatis annorum 27; reverendus dominus Dominicus Antonius Franchini, sacerdos de Avio et confessor pro maribus et mulieribus infirmis tantum, aetatis suae annorum 25; reverendus dominus Bartholomaeus Libera, sacerdos de Avio aetatis annorum 24; reverendus dominus Antonius Libera, sacerdos de Avio et confessarius pro maribus et mulieribus infirmis tantum, annorum 24; reverendus dominus Franciscus Antonius Salvetti, sacerdos de Avio et confessarius pro maribus et mulieribus infirmis tantum pro cura Pilcantis, aetatis suae annorum 26; reverendus dominus Hieronymus Poli iuris utriusque doctor, sacerdos de Avio aetatis annorum 35, (qui, uti confrater societatis sanctissimi Sacramenti huius parochialis, nomine ipsius confraternitatis, praesentavit supplicationem instando ut in ea, cuius tenorem et super eadem decretum vide sub die 17 huius mensis [129^v] in fine visitationis huiusmodi parochialis); venerabilis clericus accolytus Franciscus Colombarola de Avio, aetatis suae annorum 20; venerabilis clericus Marinus Antonius Bonfante in habitu, aetatis annorum 19 de Avio; venerabilis clericus in habitu Ioannes Baptista Venturi de Avio, aetatis annorum 20; venerabilis clericus in habitu Paulus Poli de Avio, aetatis annorum 16. Qui omnes sacerdotes et clerici, suam illustrissimam et reverendissimam dominationem devenerantes, sua mandata et requisita ostenderunt. Quibus peractis, prandium sumpsit. Die antedicta 14 iunii 1737 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, convocato iam populo, honorifice ut ante sub baldcahino receptus, praecedentibus tubis, pulsantibus campanis, bellicorum instrumentorum explosionibus datis et sonantibus organis, ad ecclesiam venit, quam per consuetas coere monias ingressus est. Ante altare maius genuflexus, pias preces Deo fudit; inde pio pro mulieribus doctrinae christianae exercitio paterno amore incubuit. Itaque puellas ipsas per diligens examen de principalioribus misteriis fidei deque divinis rebus ad aeternam [130] salutem spectantibus scitu neccessariis expertus est, quas laudabiliter edoctas cum animi sui gaudio invenit. Cum tamen hoc sanctum tam proficuum opus sibi maxime cordi sit, illius cultum et frequentiam plurimum in Domino comendavit. Subinde thronum ascendit et, pontificalibus indutus, quampluribus utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. In aedes parochiales reversus, pro tribunali sedit, coram quo comparuerunt: Bartholomaeus Christoforetti quondam Antonii, massarius deputatus ad redditus altaris sanctissimi Sacramenti seu altaris maioris; Bartholomaeus Bonzuane, nomine domini Francisci Libera, massarii deputati ad redditus altaris sanctissimi Rosarii; Ioannes Fumanelli quondam Stephani, massarius deputatus ad redditus altaris sancti Antonii (qui, cum onera eiusdem altaris redditus excedant, humiliter instetit pro opportuno et eidem mandatum fuit ut in sumptis referat, quod implevit sub die 17 dicti mensis); [130^v] Homobonus Maboni, massarius deputatus ad altare beatae Mariae Virginis a Cinctura; Ioannes Emanuelli, massarius deputatus ad redditus altaris sancti Rocchi et altaris sancti Francisci; Antonius Frchetti quondam Iacobi, massarius deputatus ad redditus beatae Mariae Virginis ad Nives; reverendus dominus doctor Donatus Campostrini, massarius deputatus ad redditus sacristiae. Qui omnes ostenderunt libros et computa suarum administrationum. Praedicti

massarii eliguntur quot annis et deputantur ab admodum reverendo archipresbytero, domino vicario et cancellario ac a sex deputatis a concilio communitalis, coram quibus singulis annis computa et rationes quoque reddunt. Quibus peractis, incensus pernoctavit. Die sabbato Quattuor Temporum 15 mensis iunii 1737. Illustrissimus dominus vicarius generalis, delegatus a sua illustrissima et reverendissima dominatione, se contulit ad infrascripta oratoria visitanda et visitavit simplicem ecclesiam sub titulo Sanctae Mariae, quae olim fuit antiqua [131] parochialis Avii, [a margine: Santa Maria] sed modo inservit pro parochiali in supra descripta nova ecclesia, in quam translata fuere sacramenta, legata et missarum onera. Haec ecclesia consecrata est antiquae formae, piorum eleemosynis et ex redditibus communitalis nec non sacristiae parochialis Avii manutenta, tribus navibus disposita ac tribus altaribus ornata, quae sunt, videlicet: altare maius marmoreum cum imagine beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta et in arca marmorea sub crystallis servata; extat tabernaculum, sine tamen Sacramento et, retro, chorus. Hic celebratur singulis diebus sabbathi, ex legato quondam admodum reverendi domini Ioannis Andreae Brighenti archipresbyteri, per reverendum dominum Philippum Poli. Altare sancti Ioannis Baptistae ligneum cum mensa consecrata, ut supra manutentum. Altare sanctorum Petri et Pauli, pariter ligneum cum portatili et icone, ut ante manutentum. Ad unumquodque dictorum altarium celebrantur singulis annis missae duodecim, quae implent numerum 36, ex obligatione sacristiae modernae parochialis, quibus satisfit [131^v] reverendus dominus Ioannes Baptista Colombarola, sacerdos. Duo extant confessionalia ad excipiendas sacramentales confessiones pro comodo populi, de licentia admodum reverendi archipresbyteri, quae visitavit nec non, de licentia ut supra, diebus festis exercitium habetur doctrinae christianae. Vidit in ecclesia suggestum, coemeterium ecclesiae adnexum, campanile cum duabus campanis, antiquam domum parochialem et parvam domum eremiticam, quam inhabitat eremita Nicolaus Tomezzoli aetatis suae annorum 45, habitu indutus tertii ordini sancti Augustini, ad custodiam huius ecclesiae deputatus. Visitavit sacristiam, prope altare maius a cornu epistolae et in ea sacras suppellectiles ac vasa sacra pro sacrificio missae et sufficienter provisam invenit. Ordinata. Sphaerae vitreae ubi et prout indigent laudabiliter sarciantur – crania mortuorum in coemeterio inhumata sepeliantur et herbae ibi ortae debitis temporibus radiantur et comburantur. Quibus habitis et cetera. [132] [A margine: Sant'Antonio di Padova] Publicum oratorium Sancti Antonii patavini in contrata Stropei prope plateam, anno 1705 de licentia episcopali infra limites parochialis Avii erectum, cum conditionibus una cum admodum reverendo archipresbytero conventis et confratribus societatis eiusdem sancti Antonii ad altare ipsiusmet sancti Antonii in parochiali Avii existentis, de cuius ratione est oratorium et ab ipsa manutentur. Unicum habetur altare ligneum cum portatili, ubi celebratur ex devotione confratrum singulis tertiis feriis per reverendum dominum Ioannem Baptistam Colombarola sacerdotem, quibus diebus confratres conveniunt ad audiendum sacrum et recitandum responsorium et hymnum sancti Antonii cum 9 *Pater Noster*. Confratres huius societatis numerantur 90 et reguntur iuxta regula in hac curia episcopalis die 7 iulii 1673 approbata; iidem fruuntur indulgentiis et gratiis, prout ex diplomate sub datum Romae apud Sanctum Petrum die 30 maii 1668. Redditus et onera eiusdem societatis vide ante dum actum fuit de altari sancti Antonii in parochiali. [132^v] Vidit et visitavit sacristiam, a latere epistolae erectam et sacras suppellectiles pro sacro faciendo. Ordinata. Missa non celebretur nisi de licentia admodum reverendi archipresbyteri et conditiones cum ipso conventae serventur. Quibus habitis et cetera. [A margine: San Rocco] Publicum oratorium sub invocatione Sanctorum Rocchi et Sebastiani, prope ecclesiam parochialem Avii, de ratione et manutentum a societate sub eadem invocatione, ubi conveniunt confratres diebus festis recitaturi officium beatae Mariae Virginis aliasque pias preces; non vero ibi audiunt sacrum, cum non celebretur, sed illud audituri accedunt ad ecclesiam parochialem; propterea extat quidem altare cum icone, sed non consecratum et sine portatili. Confratres huius societatis numerantur 138 et gubernantur iuxta capitula die 2 iunii 1684 approbata et confirmata cum additionibus die 13 maii 1710; in processionibus et suis functionibus gestant cappas nigras cum rochetto more [133] peregrinorum. Fruuntur autem indulgentiis et gratiis prout in diplomate aggregationis archiconfraternitati sancti Rocchi in Sancti Laurentii in Damaso almae Urbis die 15 decembris 1642. Eadem societas fruitur pauperimo reddito, sed pro impensis necessariis supplet pietas confratrum. Quibus habitis. [A margine: Santissimo Sacramento] Oratorium sub titulo Sanctissimi Sacramenti, prope ecclesiam parochialem Avii ad usum societatis eiusdem sanctissimi Sacramenti, a qua manutentur; cuius confratres huc accedunt diebus dominicis et diebus festis beatae Mariae Virginis officium eiusdem beatae Mariae Virginis recitaturi et postea sacrum audiunt in ecclesia parochiali, cum hic non celebretur. Vidit altare cum icone, sed non consecratum et sine portatili, cum hic missa non celebretur. Confratres huius societatis implent numerum 108, induunt cappas albi coloris et reguntur iuxta regulas et capitula die 7 maii 1718 in visitatione approbata, cum additione alterius capituli [133^v] pro eligendis quotannis confratribus octo, qui cappis induti praesto sint ad servitium quoties deferri contingit sanctissimu Sacramentum ad infirmos; fruuntur autem indulgentiis et gratiis prout in brevi pontificio dato Romae dei 23 ianuarii 1711. Habetur sepulcrum pro humandis confratribus sacerdotibus et alia sepulcra pro humandis

confratribus laicis. Redditus huius societatis gubernantur per massarium deputatum, qui quotannis computa et rationem reddit admodum reverendo archipresbytero. Quibus habitis, ad aedes parochiae se se restituit. Illustrissimus vero et reverendissimus dominus dominus episcopus, supplicationibus humiliter sibi porrectis pro habenda sacra ordinatione favorabiliter annuendo, ordinationem ipsam hac mane habere statuit. Itaque, sub baldachino receptus, honorifice associatus, ad ecclesiam parochialem venit, quam de more per solitas caeremonias est ingressus et, ante altare maius genuflexus, pias preces Deo optimo maximo fudit. Postea thronum ascendit et devotam pro missae celebratione praeparationem emisit; inservientibus [134] autem duobus ex sacerdotibus beneficiatis, dalmaticis vestitis, pontificalibus indutus fuit et missam celebravit; in cuius missae celebratione, servatis servandis adhibitisque sacris ritibus et caeremoniis a pontificali romano praescriptis, ad infrascriptos ordines infra descriptos clericos de legitimo matrimonio natos, in aetate debita constitutos, habiles et idoneos per examen repertos aliisque requisitis a iure statutis suffultos, promovit et ordinavit, praesentibus admodum reverendo domino Iosepho Mezzanini archipresbytero Sancti Ioannis ad Forum Veronae, caeremoniarum magistro et reverendis dominis Paulo ab Oleo et Iacobo Riva, sacerdotibus familiaribus suae illustrissimae et reverendissimae dominationis testibus et cetera, videlicet. Quos clericos ut supra ordinatos sub ipsamet die descriptos lege in libro ordinationum huius officii. Absoluta missa et actis Deo optimo maximo gratiis, in aedes parochiales se se recepit. Cum vero habuerit et ex factis perquisitionibus in visitatione sua Brentonici cognoverit reverendum dominum [134] Ioannem Giovanazzi iuniorem, sacerdotem de dicto loco Brentonici, malis esse moribus, suae dignitatis ac characteris immemorem, scandalosam ducere vitam, praecipue ob frequentes ebrietates, illum huc accersivit et coram sua illustrissima et reverendissima dominatione constitutum eundem a divinis suspendit donec et usque quo placuerit suae illustrissimae et reverendissimae dominationi, illum monens ut imposterum sacerdoti dignam ducat vitam, religiosi moribus aliis exemplo praesit et vinum ac ebrietates fugiat, mandans propterea ac imponens ipsimet Ioanni Giovanazzi seniori ut interim quotidie inserviat parochiali ecclesiae Brentonici, singulis diebus festis publice Eucharistiam sumat, per decem dies spiritualia exercitia peragat et ut de mense in mensem admodum reverendo archipresbytero Brentonici attestationem mittat ad suam illustrissimam et reverendissimam dominationem de dicti prebyteri vita et moribus et praecipue de eiusdem continentia a vino et ebrietatibus et ita et cetera, omni et cetera. Praesentibus admodum reverendo domino Iosepho Mezzanini, archipresbytero Sancti Ioannis in Foro Veronae et caeremoniarum magistro ac reverendis dominis Paulo ab Oleo et Iacobo Riva sacerdotibus, familiaribus suae illustrissimae et reverendissimae dominationis testibus et cetera.

[135] Die antedicta 15 iunii 1737 post prandium. Cum clerus huius parochialis Avii alique viri saeculares litteris dediti suae devenerationis et grati animi argumentum erga suam illustrissimam et reverendissimam dominationem praestare cuperent, nonnullas elucubrationes et metris circumscriptas et soluta oratione elaboratas paraverunt ac accademiam habere statuerunt. Suam idcirco illustrissimam et reverendissimam dominationem deprecanti sunt ne dedignetur statutae huiusmodi academiae interesse, cui humillimae petitioni illustrissimus et reverendissimus praesul, grato humanoque animo, annuit. Igitur honorifice sub baldachino de more receptus, associatus ac tubarum clangoribus, explosionibus, campanarum sonitu ac organis honoratus, in ecclesiam descendit, quam per consuetas caeremonias ingressus est et, postquam oraverit, in throno sedens academicorum lucubrationibus hilari vultu humanissime praebeuit aures. Plurimae recitatae fuere lucubrationes eleganti studio elaboratae et pulcre expositae, ita ut multum temporis insumptum fuerit. Itaque, facta hora tarda, impositus fuit accademise finis et cum laudibus ac gratiarum actione [135] suae paternae humanitatis signis a sua illustrissima et reverendissima dominatione datis, ad aedes parochiales se se restituit et incoenatus pernoctavit. Die dominico 16 mensis iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, piis petitionibus indulgendo, suum paternum animum praebens, solemniter hac mane decantare missam statuit. Itaque, omnibus honorifice et cum pompa dispositis ac per consueta signa populo convocato honoratusque ut saepius dictum fuit et sub baldachino receptus, ad ecclesiam parochialem venit, quam per solitas caeremonias ingressus est et, ante altare maius genuflexus, pias ad Deum preces fudit. Porro thronum ascendit et, assistentibus ac inservientibus in munere patrini suo illustrissimo domino vicario generali pluviali induto in officio diaconatus et subdiaconatus admodum reverendis dominis archipresbyteris de Mori et de Roboreto trideninae diaecesis ac admodum reverendo archipresbytero Alae pariter tridentinae diaecesis et rectore de Pilcante diaecesis veronensis aliisque duobus sacerdotibus familiaribus suis pluviali indutis multoque clero, intonavit horam tertiarum, quae de more a choro decantata fuit. Interim pontificalibus [136] illustrissimus et reverendissimo praesul indutus fuit et, finita hora praedicta, solemni pompa, clangentibus tubis, sonantibus organis, campanis pulsantibus et explosionibus frequenter factis, missam decantavit. Qua peracta actisque Deo optimo maximo gratiis, ad aedes parochiales se restituit et cum praedictis archipresbyteris prandium sumpsit. Die antedicta 16 iunii 1737 post prandium. Cum frequens populus conveniret Confirmationis sacramentum recepturus, illustrissimus et reverendissimus praesul, labori non parcens, in

ecclesiam ut supra honoratus descendit et, pontificalibus indutus, paterno suo amore quampluribus utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit. Subinde petentibus ex indulto apostolico, super devotis numismatibus indulgentiam in articulo mortis impartitus est. Ad aedes parochiales reversus, incoenatus pernoctavit. Die lunae 17 mensis iunii 1737. Illustrissimus dominus vicarius generalis examen habuit obstetricum, coram quo comparuit Magdalena uxor Ioannis Donatoni de Avio aetatis annorum 48 circiter, quam de [136^v] sacramento baptismatis in casu neccessitatis ministrando bene instructam invenit. Reliquae vero, scilicet Catharina quondam Caroli Bertella, Antonia uxor Matthaei Donatoni et Bernardina vidua quondam Antonii Bongiovanni, non comparuerunt, forsan suo munere detentae, sed illas bene instructas asseruit admodum reverendus archipresbyter. Illustrissimus autem et reverendissimus dominus dominus episcopus, negotiis suae visitationis incumbens, super infrascriptis supplicationibus sua emanavit decreta tenoris sequentis, videlicet: Eccellenza reverendissima. In visitatione Avii die 14 iunii 1737 praesentata per reverendum dominum Hieronymum Poli, iuris utriusque doctorem, sacerdotem Avii, confratrem infrascriptae societatis supplicantis nomine et cetera, instando et cetera. La venerabile confraternità del Santissimo, già molt'anni sono erretta in Avio ma posteriore di qualche tempo però alle confraternite di san Carlo e di san Rocco, quella per regione d'ancianità viene posposta a queste nelle processioni che vengono fatte, non solo nelle votive et altre simili, ma anco nelle solenni, cioè Corpus Domini e venerdì santo, quella compagnia che accompagna [137] il Venerabile all'infermi, che la seconda d'ogni mese con cappa e proprii lumi tutta a corpo pure lo accompagna; quella infine che porta la dimostranza appesa alla cappa in segno d'esser dirittamente arrolati sotto l'insegna di chi accompagna il Venerabile. Peciò viene anco posposta – come dissi – alle sudette compagnie anco nelli nominati giorni, restando parte a servire intorno al Signore portando gli attrezzi ed il rimanente, smembrato dall'altro corpo, viene messo al principio della processione e ciò con non poco di scandalo e massime appresso di foresti, amirando questi disordini. Peciò umili roccorriamo a piè di vostra eccellenza reverendissima acciò si degni con caritativo agiuto por rimedio a queste inconvenienze, sumariamente veduto questo giusto ricorso. Sappiamo, eccellenza, poi, che sono state riportate accuse contro di noi per la negligenza usata qualche volta nell'accompagnar il Santissimo agl'infermi e per questo poter vostra eccellenza giudicare in noi mancante quel zelo spirituale; che non sii vero questo non è da negarsi, ma però solo nel tempo della [137^v] prossima passata armata, per la continua confusione de soldati; perciò, eccellenza, prometiamo e si obblighiamo di continuare con tutto il possibile decoro di adempire alle nostre incombenze, anzi saranno fatte le bisognievoli cape, a questo solo motivo d'accompagnare il Santissimo agl'infermi e queste staranno sempre pronte. Su questi riflessi vogliamo sperare che non succederà alcuna a noi dannosa innovazione, anzi speriamo della su chiesta grazia, perché appoggiato al cuore della giustizia, per le quali grazie non mancheremo d'aggiunger preci a preci al cielo per un lungo mantenimento di vostra eccellenza reverendissima, alla quale si umiliamo: preci delli confratelli della scuola del Santissimo eretta in Avio.

Die 17 iunii 1737 in visitatione Avii. Visa, lecta ac mature perpensa supplicatione nobis humiliter per confratres venerabilis societatis sanctissimi Sacramenti Avii in visitatione nostra pastorali porecta habitisque super eadem debitis informationibus, cum incongruum sit quod in processionibus in quibus Sacramentum defertur et cui eadem societas inservire debet pars [138] ipsiusmet societatis inserviando primum locum teneat et pars altera ultimum divisaque in huiusmodi processionibus incedat, statuimus et decernimus societatem sanctissimi Sacramenti supplicantem imposterum in processionibus cum sanctissimo Sacramento faciendis una simul incedere ac primum habere locum debere, ut abundantius decentiusque servitium praestetur; in ceteris vero processionibus sine Sacramento servetur usus et suum unaquaeque societas usque adhuc servatum teneat locum. Ceterum debitum a dicta societate sanctissimo Sacramento praestetur servitium et sexdecim cappae teneantur semper paratae in sacristia pro confratribus associantibus et ad nutum reverendi archipresbyteri; aliter, ne debito honore Sacramentum defraudetur, nova sanctissimi Sacramenti erigatur societas et ita et cetera, omni et cetera, in fidem. Ioannes episcopus veronensis.

Eccellenza reverendissima. Producta die 17 iunii 1737 in visitatione Avii per Stephanum Antonium Cavedana et Iacobum Sega massarios communitatis Avii, instando et cetera. [138^v] D'ordine del consiglio della nostra comunità nell'anno 1725, per comodo maggiore e de reverendi confessori e degli uomini furono, a spese di essa comunità, fatti e posti nel corridore sotto li camerini attaccati alla chiesa parrocchiale due confessionarii; con questo, però, che servissero solamente per confessare gli uomini e che ivi non fossero ammesse donne, ma che queste dovessero stare in chiesa, come costa da publico decreto del medesimo consiglio di tall'anno sotto li 4 marzo, che qui in copia reverentemente si aggiunge. Ma siccome con l'andar delli giorni sonosi andate introducendo a tali confessionali anche le donne ed anzi ora li stessi sono stati trasportati altrove, contro la dirita intenzione della nostra comunità, supplichiamo perciò umilmente l'eccellenza vostra reverendissima a degnarsi di ordinare che tali due confessionali siano disposti nel sudetto corridore, dove sempre restar devano

ad oggetto di cui potersi confessare li soli uomini, ad esclusione delle donne, con comandare opportunamente che ivi le medesime donne non devano essere admesse a confessarsi, ma star devano in chiesa. Sospiriamo la grazie e, bacciandole il lembo [139] dela sagrata veste, con tutta la venerazione ci consagriamo: di vostra eccellenza reverendissima umilissimi ed ossequentissimi sudditi spirituali e servi li massari della comunità di Avio.

Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, visa, lecta et mature perpensa supplicatione antescrpta per massarios communitatis Avii sibi praesentata, illam aequam cognosiens admisit et decrevit duo confessionalia per communitatem praedictam anno 1725 comparata in suis primariis locis reponenda esse, ut supplicatum fuit et in iis non nisi virorum sacramentales confessiones esse audiendas, ita ut nemo confessorum audeat ibi mulierum sacramentales confessiones excipere, sub poena in casu inobedientiae suspensionis ab huiusmodi confessarii munere et ita et cetera, omni et cetera.

Eccellenza reverendissima. Die 17 iunii 1737 in visitatione Avii praesentata per admodum reverendum archipresbyterum infrascriptum, instantem et cetera. Sembrandomi da ogni giustizia remotto che il solo arciprete soccombi all'intera spesa de simili visite pastorali allorché queste ascendino a quasi tutta l'intera entrata di [139^v] un anno, perciò non tanto per rressarcire ad un tal non mediocre danno in simil incontro da me sofferto quanto anche in tali occasioni acciò che o io se più haverò tal onore, o quelli che verranno in mio loco sostituiti non venghino essi soli da tale aggravio onerati. Ardisco ricorrere al giusto tribunale di vostra eccellenza reverendissima ed ivi far ogni e più opportuna istanza acciò non tanto questa mia parrocchiale o chiesa, quant'anche questo publico d'Avio debbano unitamente a tal aggravio soccombere o almeno al rissarcimento di tali spese concorrere con quella portione che sembra più propria all'incorota giustizia et sperimentata prudenza di vostra eccellenza reverendissima, il che quanto sii giusto non tanto dalla saggia perspicacità di vostra eccellenza s'apprende o dal uso comune di quasi tutte queste circonvicine parrocchie e publici quant'anche (per quello riguarda questo publico o sii comunità) da un decreto ad partis praesentiam formalmente emanato da tal qual illustrissimo e reverendissimo predecessor di vostra eccellenza, ad esclusione del quale punto non osta che, non essendo stato posto in esecuzione, si presume a quello habbin le parti [140] renonciato; imperoché vi sono autentici documenti o sii un formal attestato e protesta del quondam signor arciprete Bertoldi che esso solo in tanto soccombete all'intera spesa di simile visita allora occorsa, in quanto quella da un suo special invito provenne e se l'antecessor mio di felice memoria Brighenti soccombete da se solo a tali spese, ciò certamente provenne da una probabile ignoranza sì dell'attestato Bertoldi che di tale antecedente decreto; con che ansioso della sospirata grazia, con tutti li contrasegni del più possibile ossequio e filiale rispetto, per sempre mi dico: di vostra eccellenza reverendissima umilissimo obbligatissimo divotissimo servitore Giovanni Ascanio Poli, arciprete di Avio.

Super supplicatione antescrpta per admodum reverendum archipresbyterum Avii praesentata, qua supplicat ad sui suorumque successorum sublevamen etiam communitatem Avii damnari ad aequam corresponsionem pro substinendis expensis pastoralium visitationum, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, antequam et cetera, decrevit praesentare debere assertum decretum et attestationem in supplicatione enunciatam aliaque sua iura et cetera, [140^v] sibi rresservando subinde decernere quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera.

Eccellenza reverendissima. Die 17 iunii 1737 in visitatione Avii praesentata per admodum reverendum archipresbyterum eiusdem parochialis Avii, nomine et cetera, instantem et cetera. Possiede la venerabile sagristia della parrocchiale di Avio una prativa ed un campo o pezza di terra arrativa su le pertinenze della comunità di Belluno ma, come fra le sudette sagristia d'Avio e comunità di Belluno sono vertite e vertono anche di presente litiggi per rispetto de sudetti fondi; così assai vantaggioso sarebbe alienar tali stabili a patti assai profittevoli, quali vengono esibiti e reinvestire il ricavato in censi o altri fondi nel territorio d'Avio per scanso di quelli incomodi che s'incontrano litigando avanti giudici esteri. Gode pure la detta sagristia un' altra prativa similmente dentro le pertinenze di Avio, per cui viene in commutazione offerta un'altra simile nel territorio d'Avio, con evidente e grande utilità della chiesa; per lo che è supplicata la paterna carità e saggia prudenza dell'eccellenza [141] vostra reverendissima si degni concedere il placet per tali vendita e commutazione, ritornando ciò tutto in maggior servizio di Dio. Grazie et cetera: dell'eccellenza vostra reverendissima umilissimo divotissimo servitore e suddito spirituale don Donato Campestrini, massaro della sacristia di Avio.

Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, suprascriptae supplicationis tenore percepto, antequam et cetera mandavit ut doceatur de valore et reddito primae petiae terrae alienandae quidque offeratur pro eadem alienatione nec non doceatur de valore et reddito secundae petiae terrae permutandae ac valore et reddito alterius petiae terrae in permutatione exhibitae, sibi subinde rresservando decernere quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera.

Eccellenza reverendissima. Die 17 iunii 1737 in visitatione Avii praesentata per infrascriptum Ioannem Fumanelli nomine et cetera, instando et cetera. Il venerabile altare di sant'Antonio di Padova eretto in questa pieve di Avio s'attrova coll'aggravio di far celebrare annualmente messe numero 44 per un legato Cavazzani, messe numero 24 per un legato Salvetti, messe numero 24 per un legato Mozzi e [141^v] messe numero 12 per un legato Pagani, che in tutte sono messe numero 104, a far celebrare le quali deve sborsare annualmente a reverendi sacerdoti di elemosina troni 156, né avendo lo stesso altare di entrata e rendita annuale che troni 149.14 in tanti censi *in confusum* senza sapersi quanta precisa entrata vi sii per cadauno de memorati legati, per lo che, essendo l'altare in evidente discapito, atteso che le rendite sono minori degl'aggravii, ardisco perciò farne umile rappresentanza all'eccellenza vostra reverendissima, supplicando umilmente il suo paterno zelo e pietà a degnarsi di ponervi opportuno rimedio. Sospiro la grazia e, baciandole il lembo della sagrata veste, con tutto l'ossequio mi consacro: di vostra eccellenza reverendissima umilissimo e riverentissimo suddito spirituale e servitore Giovanni Fumanelli, massaro e reggente di detto altare.

Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, visa, lecta et mature considerata supplicatione antescripta, mandavit priusquam et cetera ut documenta descriptarum missarum legatarum exhibeantur, ex quibus ipsarum institutionis tempus dignosci possit nec non doceatur a quanto tempore redditus diminuti sint et an sint revera ita inexigibiles ac [142] deperditi ut nec via iuris redimi possint; quo facto, sibi resservavit dicere et statuere quidquid et cetera, et ita et cetera, omni et cetera.

Eccellenza reverendissima. Die 17 iunii 1737 praesentata et cetera, instando et cetera. Fin dall'anno 1732 da mio fratello Rinaldo Todesca carpitami una formale liberazione d'ogni e qualunque mia pretesa che avessi ne beni paterni, materni e fraterni per il quantitativo di soli troni 461.10, sul assertiva che con tal summa venivo a conseguire di più di quello se m'aspettasse, qual fecemi per sua maggior cautione corroborare anche col vincolo sacrosanto del giuramento e di questo non dimandar l'assoluzione, ma conoscendomi adesso gravemente ingannata ardisco ricorrere a piedi di vostra eccellenza reverendissima et ivi, col più possibile ossequio e filiale rispetto, richiedere l'assoluzione di tal qualificato giuramento da detto mio fratello dolosamente estorto, acciocché possi venir all'intiero conseguimento di tutto ciò che di ragione si mi deve. Spero che vostra eccellenza reverendissima, mirando con occhio benigno e la giustizia della causa e la necessità in cui mi ritrovo, non sarà per negarmi una grazia che dalla generosità del [142^v] suo bel cuor mi prometto. Assicurandola non mancherò pregare l'Altissimo per un lungo mantenimento di tutta la cristiana repubblica, che di vostra eccellenza della quale ossequiosamente mi dico: umilissima, obbligatissima, devotissima serva e suddita in spirituale Margarita nata Todesca, moglie di Giovanni Battista Bertoni.

Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, intellecta supplicatione antescripta, antequam et cetera cognoscere volens cuius aetatis erat dicta Margarita quando iuramentum praestitit et an cum eius fratre Rinaldo viveret nec non, videre assertum liberationis cum iuramento documentum mandavit ut eadem Margarita doceat aetatem suam tempore praestiti iuramenti et an tunc una cum fratre an ab eo separata viveret et ut dictum liberationis cum iuramento documentum exhibeat; quo facto, decernet quidquid et cetera, ita et cetera, omni et cetera.

Die antedicta 17 iunii 1737 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, humiliter requisitus ut Confirmationis sacramentum ministraret et ut dignaretur casuum congregationi praeesse more solito habendae, ad hoc ut [143] cognoscat an quid corrigere aut praecipere opportunum videat, utriusque postulationibus benigne annuit. Qua propter more solito sub baldachino receptus, ecclesiam petiit et ibi pontificalibus indutus aliquibus utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramento ministravit. Subinde ad aedes parochiales reversus, ibi convocato clero, casuum congregationi praefuit; in qua, post constitutionum gibertinarum explicationem, duo propositi et discussi sunt theologiae moralis casus, super quibus libenter audivit congregatorum recitatas opiniones et eorum studium comendavit; factaque hora tarda, dimissa fuit congregatio. Porro coram sua illustrissima et reverendissima dominatione comparuerunt admodum reverendus archipresbyter, sacerdotes et clerici eiusdem parochialis Avii et, multa cum deveneratione, suae illustrissimae et reverendissimae dominationi de eius paterno amore ac pastoralis suae visitationis dono gratias plurimas egerunt ac eorum grati animi monumenta dederunt, quibus illustrissimus et reverendissimus praesul humanissimis verbis benigne correspondit et incoenatus pernoctavit. [143^v] Die martis 18 mensis iunii 1737. Sua pastorali visitatione in plebe Avii functus, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, summo mane surgens, visitationem ipsam, in parochialem ecclesiam descendens, cum recitatione *De Profundis* de more clausit. Deinde, receptis grati animi et devenerationis officiis ab admodum reverendo archipresbytero et clero atque a deputatis communitatis humilimis verbis praestitis, cum suo comitatu rhedam ascendit et, sonantibus campanis, frequentibus explosionibus datis ac tubis clangentibus, ab iisdem archipresbytero Avii, deputatis communitatis et nonnullis sacerdotibus nec non a reverendo rectore Belluni – qui obviam venit – associatus, ad parochialem Belluni iter suum direxit. Ad confinia rusticana militia Belluni occurrit, quae multa

explosione suam illustrissimam et reverendissimam dominationem salutavit. Postea populum eiusdem loci pias laudes decantantem obvium habuit, cui genuflexo benedixit et, iter suum proseguendo, ad aedes parochiales venit, ubi suam posuit mansionem et defatigatus quievit, caelo depluente. Quapropter huius parochialis Belluni visitationem suo illustrissimo domino vicario generali faciendam demandavit, quem ad id delegavit.

[144] [A margine: BELLUNO] Ideo idem illustrissimus dominus vicarius generalis ut supra delegatus, iussibus suae illustrissimae et reverendissimae dominationis parendo, veste talari indutus ecclesiam parochialem Sancti Ioannis Baptistae Belluni petiit. In cuius portae maioris limine aquam benedictam recepit, sibi a reverendo domino Ioanne Bertoldi rectore dictae parochialis – cota et stola induto – cum aspergillo oblatam. Ante altare maius progressus, genibus flexis pias Altissimo preces fudit. Ad sacristiam venit, ubi rochetto et stola indutus fuit et, praecedente cruce et clero, exequias pro defunctis in coemeterio peregit, quas in ecclesia explevit. Ad sacristiam reversus, indutus fuit pluviali albi coloris et, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo marmoreo et pixide argentea in cuppa auro intus linita, in reliquis ex cupro argento linito, sub sera et clavi bene custoditum. Animae a communione sub hac cura numerantur 221, in totum vero 320, quarum nulla – Deo dante – est inconfessa. [144^v] Lampas die nocteque accensa ante Sacramentum manutentur a communitate, a qua manutentur etiam cereae tum pro altari tum pro deferendo sanctissimo Sacramento ad infirmos. Ex factis perquisitionibus cognovit Sacramentum debitis temporibus renovari; cum eodem solemniter processionem fieri die festo Corporis Christi; communicatis in Paschate schedas distribui, indulgentias concessas associantibus sanctissimum Sacramentum ad infirmos publicari illudque defferri ea qua fieri potest maiori decencia; quapropter vidit fanalia duo, umbellam aliaque opportuna nec non ostensorium et ordinavit ut infra. His peractis, iterum praemissis adoratione, hymno et thurificatione, cum Sacramento benedixit et idem Eucharistiae sacramentum quampluribus utriusque sexus christifidelibus ministravit. Sacrum subinde fecit iterumque eodem angelico Cibo aliquotque utriusque sexus satiavit. Porro actis Deo optimo maximo gratiis, visitavit olea sancta, a cornu evangelii altaris maioris, in loculo marmoreo et in vasis stamneis tute sub sera et clavi custodita, quae recipiuntur a venerabili plebe Caprini. [145] Fontem baptismalem, in capellula in calce ecclesiae a cornu epistolae erectum et sub rastris ligneis custoditum. Duo confessionalia in ecclesia exposita pro excipiendis poenitentium sacramentalibus confessionibus. Altare maius cum ianuis a lateribus, ex marmoribus compactum, divo Ioanni Baptistae dicatum cum portatili, a communitate manutentum, ubi extat antiqua societas sanctissimi Sacramenti quae missas sex in anno celebrare facit et missam unam pro quolibet confratre defuncto. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, marmoreum in mensa et usque ad gradus, in reliquis ligneum cum portatili ac icone, a communitate praedicta manutentum. Viget ab antiquo societas sanctissimi Rosarii ac Purificationis beatae Mariae Virginis, vulgo *della Cereale*; nulli sunt redditus, sed quolibet anno celebrari fiunt missae sex et una missa pro quolibet confratre defuncto. Altare sancti Iob ligneum cum portatili et icone, a communitate ut supra manutentum, ubi ex legato (ab anno circiter 1491) quondam Francisci Bernazzi extant missae quatuor singulis annis celebrandae, quas celebrat reverendus rector. [145^v] Visitavit sacristiam a latere epistolae altaris maioris erectam ibique sacras suppellectiles ac vasa sacra pro celebratione missae ac sacris functionibus peragendis et satis provisam invenit. Vidit campanile et coemeterium a latere epistolae ecclesiae contiguum nec non totam ecclesiam, divo Ioanni Baptistae dicatam et consecratam, cuius consecrationis dies colitur die 30 octobris. Quibus habitis, ad prandium sumendum se contulit. Ordinata. Sepulcrum pro custodiendo sanctissimo Sacramento in hebdomada maiori fiat decenter ad aliquod altare, non vero in capellula baptisterii – provideatur parvus tronus ad usum sanctissimi Sacramenti dum deferitur ad infirmos nec non velum superumerale ac tria fanalia, quorum alterum maius, pro decenti associatione eiusdem sanctissimi Sacramenti – dum contingit deferri Sacramentum ad infirmos, sero et mane dentur consueta signa pro convocando populo – ostensorium inferiori in parte laudabiliter reparetur, ne fragmenta decidant et pereant. [146] Ianua tabernaculi ab extra laudabiliter pingatur – rimulae portatilis altaris maioris obturentur – in choro erigatur sedes decentis formae pro parocho – rastra baptisterii muniantur sera et clavi – portatilia altarium beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii et sancti Iob paulisper eleventur et eorundem rimulae obturentur – confessionale ad altare sanctissimi Rosarii muniatur cratibus ferreis cum foraminibus spissis ac aliquantulum removeatur, ne impediatur altare et divina officia – campanile reparetur in tecto, ne pluatur ac sarciantur eiusdem scalae – crania et ossa in coemeterio inumata sepeliantur – fenestrae domorum coemeterio adnexarum in idem coemeterium prospicientes muniantur crate ferrea. Die antedicto 18 iunii 1737 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, convocato populo per consueta signa, ad ecclesiam sub baldachino a quatuor selectis communitatis viris gestato receptus honorifice associatur, explosionibus iterantibus, clangentibus tubis et sonantibus campanis, venit. In eiusdem limine aspergillo a [146^v] a reverendo rectore oblato de more populum aqua benedicta aspersit. Ad altare maius progressus, pias Deo preces fudit, altare ipsum ascendit et, praemissa confessione, populo benedixit et suam episcopalem indulgentiam impartitus

est. Subinde pio doctrinae christianae exercitio vacavit et quomodo eadem doctrina excolatur, qualis frequentia sit et eiusdem studium diligenter perquisivit nec non quomodo edoctus sit populus per varias interrogationes de mysteriis fidei aliisque rebus scitu necessariis et ad aeternam salutem conducentibus pueros et puellas interrogando expertus est; quos, cum animi sui laetitia, bene edoctos comperuit. Huiusmodi vero sanctum exercitium ut cultus Dei et bonum animarum magis in dies suavescat plurimum omnibus in Domino comendavit. Porro paratum sibi trinum ascendit et, pontificalibus indutus, nonnullos utriusque sexus christifideles Chrismatis sacramento confirmavit. Quibus habitis, in aedes parochiales se se recepit. Coram quo comparuit admodum reverendus dominus Ioannes Ioseph Bertoldi, rector huius parochialis ecclesiae Sancti Ioannis Baptistae de Belluno, de iure [147] patronatus eligendi et praesentandi communitatis et hominum originariorum eiusdem loci, a quibus ipse rector electus fuit die 23 iunii 1735; institutus vero cum bullis episcopalibus huius curiae die 2 iulii 1735, quas praesentavit et, requisitus de suo populo an sint haeretici, de haeresi suspecti, concubinari, usurarii et publici peccatores, neminem – Deo dante – huius farinae hominem esse respondit nullumque habere in Paschate inconfessum. Insuper praesentavit policeas iuxta edictum, in fine huius libri sub littera **N** repositas et ostendit libros parochiales, baptizatorum scilicet, matrimoniorum et mortuorum, quos bene tentos invenit. Comparuit reverendus dominus Antonius Fiorini, sacerdos de Belluno aetatis suae annorum 30, confessarius cum mandato ad annum concesso die 7 decembris 1736, quod ostendit cum caeteris suis requisitis, visis et restitutis. Quo facto, suam illustrissimam et reverendissimam dominationem deveneratus, recessit. Visitavit domum parochialem et mandavit illam ubi et prout indiget laudabiliter reparari. [147] Die mercurii 19 iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, suae visitationis negotiis incumbens, a fide dignis testibus diligentes informationes sumpsit de vita et moribus reverendi domini Ioannis Iosephi Bertoldi rectoris eiusdemque diligentia in suo munere parochiali exercendo, de quo cum laude retulerunt. Comparuit Antonia vidua quondam Antonii Dalla Vechia, obstetrix, quae examinata fuit de conferendo sacramento baptismatis in casu necessitatis et se bene instructam ostendit. Praesentatae fuerunt duae supplicationes, una per consiliarios communitatis et altera per reverendum dominum rectorem et eosdem consiliarios Beluni, contra reverendum dominum Brentini rectorem, tenoris infrascripti, super quibus decretum fuit ut sequitur, videlicet: Eccellenza reverendissima. Die 19 iunii 1737 in visitatione Belluni praesentata per Ioannem Paulum Bertoldi, Dominicum Pelanda et Valentinum Pasini consiliarios Beluni praedicti, nomine et cetera, instando et cetera. In virtù di decreto episcopale in visita del dì [manca] [148] restò firmato che il reverendo paroco di Brentino continuasse nel pagamento o sii contribuzione di lire due cera alla venerabile chiesa parochiale di Belun. Tal contribuzione fu pontualmente osservata di cera in specie e in vece di quelle quatro lirazze di contanti dal quondam reverendo signor don Francesco Tomezzoli paroco antecessore al presente. Questi poi, che è il reverendo signor don Christano Scardoni, benché più e più volte ricercato, ha sempre ricusato tal contribuzione, senza saper con qual fondamento; perciò ricorriamo alla venerata giustizia e clemenza di vostra eccellenza reverendissima perché si degni di ponere opportuno decreto e fissare la soprascritta dovuta contribuzione; che della grazia et cetera. E perché l'eccellenza vostra reverendissima resti persuasa della riverente nostra istanza, presentiamo il qui presente attestato in comprobatione di quanto esponiamo. Umilissime preci e suppliche delli consiglieri e reggenti della comunità di Belun e reggenti della comunità di Belun.

Die 19 iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera decrevit audiendum esse [148] reverendum rectorem Brentini; ideo accedant coram se vel eius domino vicario generali die 21 dicti mensis Brentinum, ubi eadem die in visitatione erit et ita et cetera, omni et cetera.

Eccellenza reverendissima. Die 19 iunii 1737 in visitatione Beluni praesentata per reverendum dominum Ioannem Ioseph Bertoldi et Ioannem Paulum Bertoldi, Dominicum Pelanda et Valentinum Pasini consiliarios Beluni, nomine et cetera, instando et cetera. È di giure divino che il proprio paroco godi la decima de suoi parochiani propri. La decima, però, non sappiamo per qual fatto, della parochiale di Bellun viene rascossa dal reverendo paroco di Brentino da molti e molti anni, non però sempre placidamente, mentre il quondam reverendo signor don Giuseppe Cabrusà, fu paroco di questa chiesa, sostiene lite nella nonciatura apostolica contro il reverendo signor don Domenico Tomezzoli, all'ora rettore di Brentino e sortì decreto della medesima nonciatura a favore del detto reverendo signor don Giuseppe Cabrusà, come si raccoglie da certo memoriale 24 agosto 1686 scritto di mano del quondam reverendo signor don Giovanni Battista Bresaola, a quel tempo paroco della [149] venerabile parochia di Bellun, che presento qui annesso. Ora, conoscendo tal pregiudizio, noi paroco e comunità di Belun, umilissimi oratori dell'eccellenza vostra, si presentiamo supplichevoli per quel opportuno rimedio di fissare la medesima decima al proprio paroco di Bellun, che esige ogni buona giustizia e che conosce la gran mente dell'eccellenza vostra; che grazia et cetera. Umilissimi, devotissimi servitori don Giuseppe Bertoldi paroco di Bellun, col nome ancora della sudetta comunità.

Die 19 iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus et cetera decrevit audiendum esse reverendum rectorem Brentini. Ideo accedant coram se vel eius domino vicario generali die 21 dicti mensis Brentinum, ubi eadem die in visitatione erit et ita et cetera, omni et cetera.

Die antedicta 19 iunii 1737 post prandium. Statuto hoc die pro eius itinere ad parochialem Ripaltae, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera non discedit nisi prius sibi porrectis supplicationibus de conferendo Confirmationis sacramento satisfecerit. Itaque in ecclesiam descendit et, pontificalibus indutus, paterno amore [149^v] aliquibus christifidelibus utriusque sexus Confirmationis sacramentum ministravit nec non piis numismatibus indulgentiam in articulo mortis de indulto apostolico impartitus est. Subinde cum recitatione *De Profundis* suam pastorem visitationem clausit. Porro a reverendo rectore et populo plurimum deveneratus, rusticana militia praeunte, a praedicto paroco suaque familia associatus, inter tubarum clangores et frequentes explosiones, rhedam ascendit et ad parochialem Ripaltae iter direxit; in quo itinere oratorium Sancti Andreae infra limites Belluni delegavit visitandum illustrissimo domino vicario suo generali. [A margine: *Sant'Andrea*]. Itaque illustrissimus dominus vicarius generalis ut supra delegatus visitavit ecclesiam seu publicum oratorium sub titulo Sancti Andreae, infra limites parochialis Belluni erectum ab antiquo, quod manuteneatur a communitate. Unicum extat altare ligneum cum portatili et icone, ubi celebratur diebus festis sancti Andreae una missa et sanctorum Fabiani et Sebastiani ex legato quondam Iosephi Ferrari, quod legatum adimplet [150] reverendus dominus rector Belluni; aliis diebus celebratur ex devotione. Paramenta pro celebratione missae deferuntur a parochiali. Vidit coemeterium annexum, quod modo nullius est usus pro sepeliendis mortuis. Haec ecclesia asseritur consecrata et fertur olim fuisse antiquam parochialem ac numquam in ea visas fuisse telas araneas. Quibus habitis et cetera. Iter proseguendo, obvius habuit admodum reverendum dominum Philippum Sega, rectorem et populum processionaliter Ripaltae, a quibus et nobilibus dominis comitibus de Guereriis obsequenter receptus, ad aedes dictorum dominorum comitum de Guereriis ductus fuit, ubi suam statuit mansionem et pernoctavit.

[A margine: RIVALTA] Die iovis 20 mensis iunii 1737. Statuit hac mane illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus suum solemnem habere ingressum pro visitatione parochialis ecclesiae Sancti Iacobi apostoli Ripaltae. Itaque omnibus dispositis convocatoque populo, sub baldachino receptus, cruce deosculata in egressu domus a reverendo rectore [150^v] oblata, processionaliter, clangentibus tubis, explosionibus datis et sonantibus campanis, ecclesiam ipsam petiit, in cuius limine de more populum aspersit aspergillo a reverendo rectore porrecto et thurificationis honorem ab ipso rectore recepit. Illam solemniter ingressus, ante altare maius pias preces fudit; interim consuetis decantatis, altare ascendit et, recitata titularis oratione eoque deosculato, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam de suo mandato publicatam impartitus est. Thronum sibi paratum ascendit et, pontificalibus violacei coloris indutus, in ecclesia et coemeterio exequias pro defunctis peregit. Sumptis subinde pontificalibus albi coloris, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo ligneo auro linito et pixide argentea intus inaurata sub sera et clavi tute custoditum. Sub hac cura ab anno usque 1676 a parochiali ecclesia matrice Brentini separata et dismembrata. Animae quae sacram comunione sumunt 133 numerantur, [151] in totum vero 212, quarum nulla est in Paschate – Deo dante – inconfessa. Lampas nocte dieque accensa manuteneatur a communitate, a qua manuteneantur et cerae. Vidit umbellam, baldachinum, duo fanalia, ostensorium et ex factis perquisitionibus cognovit Sacramentum debitis temporibus renovari; cum eodem solemniter processionem fieri die Corporis Christi; dum ad infirmos deferri contingit dari signa opportuna pro convocando populo et indulgentias associantibus impartitas publicari; demum communicatis in Paschate schedas distribui. Iterum praemissis adoratione, hymno et thurificatione, cum Sacramento populo benedixit illudque repositum fuit per reverendum rectorem. Emissa pia praeparatione et sacerdotalibus indutus, sacrosanctum missae sacrificium peregit et nonnullis utriusque sexus christifidelibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministravit. Actis subinde gratiis, visitavit [151^v] olea sancta, in arcula ad hoc parata ad altare maius in cornu evangelii, in vasis stanneis sub sera et clavi bene custodita, quae percipiuntur a plebe Caprini. Sacrum fontem baptismalem, in calce ecclesiae a latere evangelii prope ianuam maiorem erectum, rastris ligneis septum et sub clavi custoditum. Confessionale unicum pro excipiendis poenitentium sacramentalibus confessionibus. Altare maius ligneum cum portatili, divo Iacobo apostolo dicatum, titulari ecclesiae, quod a communitate de omnibus manuteneatur. Extat societas sanctissimi Sacramenti sine oneribus. Altare marmoreum beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, cum portatili et effigie sculpta eiusdem beatae Mariae Virginis, ad idem altare in arca marmorea servata. Manuteneatur una simul a communitate et societate dictae beatae Mariae Virginis hic erecta anno 1674, sine oneribus. Altare alias sanctae Appolloniae modo sanctae Eurosiae, marmoreum cum portatili et icone, de ratione nobilis domini comitis Caroli Persico veronensis, a quo de omnibus manuteneatur. [152] Reverendus rector dixit extare legata infrascripta, quae adimplentur, scilicet: unum distributionis sex minalium vulgo *due sachi* granadae et duorum vulgo *brenti* vini;

alterum distributionis similiter decem quartarum granadae; onus pariter ex variis legatis missarum quinquaginta quatuor, quae quolibet anno celebrantur. Visitavit sacristiam, a latere epistolae altaris maioris erectam et in ea vasa sacra et sacras suppellectiles pro sacrificio missae ecclesiasticisque functionibus peragendis et sufficienter provisam invenit. Visitavit coemeterium, campanile et totam ecclesiam, non consecratam sed tantum benedictam, divo Iacobo apostolo dicatam et a parochiali ecclesia Brentini dismembratam. Quibus habitis, ad aedes nobilium dominorum comitum de Guereriis se se restituit et prandium sumpsit ac ordinavit: Ordinata. Provideatur parvus thronus ad usum Sacramenti dum defertur ad infirmos – provideantur tria fanalia, quorum unum maius pro [152^y] decenti associatione sanctissimi Sacramenti – altare maius claudatur a lateribus ita ut nihil sub ipso collocari possit – confessionale muniatur devota imagine ab utraque parte poenitentium. Die antedicta 20 iunii 1737 post prandium. Per consueta signa convocato populo pro exercitio doctrinae christianae habendo, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus honorifice ut ante sub baldachino receptus, in ecclesiam parochialem descendit. In primis diligenter perquisivit quinam sit ordo, cultus et frequentia tam proficui operis; deinde quomodo populus edoctus sit per varias interrogationes de mysteriis fidei aliisque ad aeternam salutem neccessariis et opportunis pueris puellisque factis expertus est et – Deo dante – laudabiliter instructos invenit; quam maxime, vero, huiusmodi sanctum opus omnibus comendavit ad maiorem Dei gloriam animarumque aeternam salutem. Porro pontificalibus indutus, utriusque sexus nonnullis christifidelibus Confirmationis sacramentu ministravit [153^y] ac devotis numismatibus de indulto apostolico plenariam indulgentiam in articulo mortis impartitus est. Quibus habitis, ad aedes supradictas nobilium dominorum comitum de Guereriis se se restituit. [A margine: Oratorio privato Guereri] In quibus privatis aedibus nobilium dominorum comitum de Guereriis privatum visitavit oratorium in cappella a domesticis usibus liberum, ex indulto apostolico cum brevi diei 2 decembris 1693, executo a curia episcopali Veronae die 24 septembris 1696, decenter erectum, beatae Mariae Virgini dicatum, cum portatili et icone. Illustrissimus vero dominus vicarius generalis expertus est obstetricem Annam, uxorem Ioannis Baptistae Salvetti, aetatis suae annorum 47 circiter de Ripalta, quam in ministrando sacramento baptismi in casu neccessitatis bene instructam invenit. Sumpsit quoque diligentes informationes a fide dignis testibus de vita, moribus et diligentia in suo munere fungendo reverendi domini Philippi Segae rectoris, de quo in omnibus recte relatum fuit. Coram eodem illustrissimo domino vicario generali et cetera comparuit [153^y] dictus dominus Philippus Segae rector huius parochialis ecclesiae Sancti Iacobi apostoli de Rivalta, de iure patronatus eligendi et praesentandi dictae communitatis et hominum, a quibus ipse rector electus et praesentatus fuit, institutus vero cum bullis episcopalibus diei 12 martii 1734, quas ostendit et praesentavit policeas iuxta aedictum, sub littera **O** in fine huius libri repositas nec non supplicationem tenoris infrascripti ac demum ostendit libros parochiales matrimoniorum, baptizatorum et mortuorum, quos lustravit et ordinavit. Ordinata. In partitis registri matrimoniorum describantur dies quibus habitae sunt publicationes.

Eccellenza reverendissima. Praesentata die 20 iunii 1737 in visitatione Rivaltae per infrascriptum supplicantem, instando et cetera. Per ultimare le differenze e contese corse tra il commun di Rivalta ed il reverendo rettore di Brentino, fu sin dall'anno 1675 9 aprile da monsignor vicario generale Giambattista Anderlino sentenziata e permessa la dismembratione [154^y] della chiesa di San Giacomo apostolo di Rivalta dalla chiesa parochiale di Brentino, erigendola in nuova parochiale, come apparisce da detta sentenza in atti della cancellaria episcopale nel fillo delle collazioni. Tra le altre cose comandate nella sentenza medesima, al numero 7 viene stabilito che nelli officii de defonti e fonzioni parochiali intervenendovi due o più, il paroco di Brentino abbia in Rivalta il primo luogo, porti stola e faccia l'officio come fosse in propria chiesa ed il paroco di Rivalta abbia all'incontro in Brentino doppo il rettore il primo luogo. Per le molte mancanze del reverendo paroco di Brentino, sempre sono corse tra rettori discensioni ed alterationi, con molto disgusto della povera comunità di Rivalta; perciò supplichevole ricorro all'eccellenza vostra perché, a stabilimento della vicendevoles pace, si degni cassare dalla detta sentenza il sopradetto capitolo o porvi quel rimedio che parerà al di lei gran mente più opportuno. Umilissime preci da Filippo Segae, rettore di Rivalta umilissimo oratore.

[154^y] Illustrissimus et reverendissimus et cetera decrevit audiendum esse reverendum rectorem Lorentini; ideo accedat coram se vel eius vicarius generalis die 21 currentis mensis Brentinum, ubi eadem die in visitatione erit et ita et cetera, omni et cetera.

Interrogatus reverendus rector de suo populo et an sint sub hac cura haeretici, de haeresi suspecti, usurarii, concubinari et publici peccatores, respondit nullum hominem huius generis sub sua parochia – Deo dante – extare neminemque habere inconfessum in Paschate. Quibus habitis et cetera. Die veneris 21 iunii 1737. Clausa hac mane pastoralis visitatione parochialis ecclesiae Ripaltae cum recitatione *De Profundis* habitisque a nobilibus dominis comitibus Guereriis eorum obsequii erga suam illustrissimam et reverendissimam dominationem et a dominatione sua illustrissima et reverendissima erga illos suae humanitatis hinc inde officiis nec non a reverendo rectore et communitate Ripaltae eorum devenerationis et grati animi argumentis humiliter

praestitis, cum idem illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus iter suum arripere prout statuerat nimis fluente caelo non [155] posset, illustrissimum dominum vicarium suum generalem delegavit et praemisit ad parochialem ecclesiam Sancti Vigili episcopi et martyris Brentini pro pastoralis visitatione inchoanda et interim cum praefatis nobilibus dominis comitibus de Guerreris se se detinuit. Itaque illustrissimus dominus vicarius generalis, nulla interposita mora, ad dictam parochialem Brentini pro demandata visitatione habenda iter fecit.

[A margine: BRENTINO] Eo perventus, reverenter susceptus fuit in aedibus parochialibus, ubi talari veste indutus, ad parochialem ecclesiam petiit, quam ingrediendo aquam benedictam sibi a reverendo rectore Christano Scardoni, cota et stola induto, cum aspergillo oblatam, recepit. Ecclesiam ingressus, ante altare maius genuflexus pias Deo preces fudit. Porro rochetto et stola indutus, processionaliter praecedente clero, exequias pro defunctis in coemeterio peregit, quas in ecclesia complevit. Subinde pluviali albo indutus, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo ligneo auro linito et in pixide in cupa argentea auro intus linita, in reliquis vero cuprea sub clavi [155^v] custoditum. Animae sub hac cura quae sacram communionem sumunt numerantur 233, in totum vero numerum 350 implent, quarum duae nondum rationem reddiderunt de praecepto sacrae communionis in Paschate adimpleto; quapropter reverendo rectori iussum fuit ut de illis diligenter inquirant illasque moneat et, in casu inobedientiae, suam illustrissimam et reverendissimam dominationem certiore reddat. Lampas nocte dieque ardens ante sanctissimum Sacramentum manuteneatur a reverendo rectore, de cereis vero providet societas sanctissimi Sacramenti. Ex factis perquisitionibus cognovit sanctissimum Sacramentum debitis temporibus renovari; cum eodem die festo Corporis Christi solemniter processionem fieri; pro eodem ad infirmos deferendo extare amigdalam, umbellam, duo fanalia, baldachinum aliaque opportuna, quae vidit et associantibus impartitas indulgentias publicari; demum communicatis in Paschate schedas distribui. His peractis, praemissis iterum adoratione, hymno et thurificatione, populo cum eodem Sacramento benedixit [156] illudque nonnullis utriusque sexus fidelibus pie ministravit. Porro emissa pro missa celebranda devota praeparatione, missam celebravit actisque Deo optimo maximo debitis gratiis, subinde visitavit olea sancta, in loculo ad hoc parato a cornu evangelii altaris maioris, in vasis stanneis et capsula ex nuce sub sera et clavi bene custodita. Quae olea sancta percipiuntur a plebe Caprini, quo tenetur hic rector accedere die sabbathi sancti pro conficiendo fonte. Fontem baptismatis, in fine ecclesiae a latere epistolae erectum, sub rastris custoditum; tria confessionalia pro sacramentalibus poenitentium confessionibus excipiendis. Altare maius, in mensa, gradibus et ianuis lateralibus marmoreum cum tabernaculo vero ligneo auro linito, divo Vigilio ecclesiae titulari dicatum, cum portatili; manuteneatur a communitate et societate sanctissimi Sacramenti hic erecta, cui onus incumbit [156^v] missarum sex quolibet anno, quod satisfit. Altare sancti Vigili, ligneum cum portatili et icone, in quo celebratur ex devotione cum nulla sint missarum onera; manuteneatur a communitate. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, marmoreum cum portatili, icone et effigie eiusdem beatae Mariae Virginis in lapide sculpta; manuteneatur a societate dicti sanctissimi Rosarii, hic erecta et aggregata archiconfraternitati almae Urbis, cum bulla data Romae in conventu Sanctae Mariae super Minervam die 18 iunii 1641, quae confraternitas celebrare facit singulis annis missas sex. Altare beatae Mariae Virginis a Carmelo, ex marmoribus compactum, cum arca pariter marmorea in qua sub crystallis servatur effigies in ligno sculpta praedictae beatae Mariae Virginis. Altare erat alias consecratum, modo cum portatili et manuteneatur a societate eiusdem beatae Mariae Virginis hic erecta, aggregata vero archiconfraternitati, prout liquet ex diplomate dato Florentiae die 2 octobris 1657, quae aliquando celebrare facit ex devotione. Altare sancti Francisci, ligneum cum portatili, a communitate [157] manutentum. Visitavit sacristiam nec non sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae sacrisque functionibus peragendis, parum laudabiliter tentam et provisam. Visitavit coemeterium ecclesiae a latere evangelii contiguum, campanile cum duabus campanis et totam ecclesiam, divo Vigilio dicatam, quae est consecrata sub die 29 aprilis anni 1521, quod constat ex memoria adfixa parieti cappellae beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii exteriori in parte coemeterium versus. Quibus peractis, in aedes parochiales se se recepit, factis infrascriptis ordinationibus. Iam vero aliquantulum cessata pluvia, huc pervenit illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, omni deveneratione ac laetitia receptus in iisdem aedibus parochialibus, ubi suam fixit mansionem et prandium sumpsit. Ordinata. Pes pixidis auro vel argento liniatur – provideatur tobalea pro usu communionis - [157^v] provideatur vexillum pro associandis defunctis ad sepulturam – dentur opportune signa pro convocando populo ad associationem sanctissimi Sacramenti quando defertur ad infirmos – provideantur tria fanalia, quorum alterum maius – provideatur baldachinum albi coloris et parvus honorificus tronus ad usum sanctissimi Sacramenti – provideatur effigies ex marmore vel ligno sculpta Domini nostri Iesu Christi resurgentis, tempore paschali ad altare maius erigenda – locus oleorum sanctorum vestiatur intus panno serico violacei coloris – portatile altaris sancti Vigili firmetur et eiusdem

rimulae obturentur – rastra fontis baptismatis muniantur sera et clavi – duo confessionalia muniantur crate ferrea cum foraminibus spissis – paramenta sacra prout indigent laudabiliter sarciantur et linteamina mundiora teneantur – suspendit calicem unum donec prout indiget reparetur [158] et intus auro liniatur et simul inauretur patena – tectum ecclesiae laudabiliter reparetur, ne pluatur, sarciantur fenestrae et restauretur pavimentum. Die antedicta 21 iunii 1737. Convocato populo per consueta signa, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, tubarum clangoribus, campanarum sonitu et frequentibus explosionibus honoratus, sub baldachino a quatuor selectis viris gestato receptus, in ecclesiam parochialem Sancti Vigili descendit, in cuius limine a reverendo rectore aspergillo oblato, populum aspersit aqua benedicta et thurificationis honorem ab eodem reverendo rectore praestitum recepit. Ecclesiam ingressus, ante altare maius pias preces fudit, altare ascendit et de more populo benedixit ac suam episcopalem indulgentiam de suo mandato, praemissa confessione, publicatam impartitus est. Ad thronum sibi paratum venit et paterna sollicitudine de doctrina christiana examen habuit. Itaque quis ordo, quis cultus, quaenam frequentia sit [158^v] diligenter perquisivit expertusque est per varias interrogationes pueris et puellis factas de mysteriis fidei aliisque ad aeternam salutem neccessariis quomodo edocti sint; quos sufficienter instructos invenit, quod adeo sanctum et salubre opus eiusque frequentiam et cultum omnibus plurimum in Domino comendavit. Porro pontificalibus indutus, nonnullis utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit et piis numismatibus indulgentiam in articulo mortis ex indulto apostolico impartitus est. In aedes subinde parochiales se se recepit et incoenatus pernoctavit.

[A margine: Vide sententiam in protocollo sub die 21 augusti 1737] Super supplicatione in visitatione parochialis Belluni per consiliarios communitatis ipsius loci praesentata, illustrissimus dominus vicarius generalis et cetera, auditis Ioanne Paulo Bertoldi, Dominico Pelanda et Valentino Pasini consiliariis Belluni supplicantibus ex una et reverendo rectore Brentini ex alia, sibi resservavit decernere et decidere quid iuris post eius reditum Veronam, assignando utrique parti terminum dierum quindecim ad dicendum [159] et producendum quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera.

[A margine: Vide sententiam in protocollo sub die 21 augusti 1737] Illustrissimus dominus vicarius generalis, super supplici libello in visitatione Belluni per reverendum rectorem et consiliarios ipsius loci porrecto auditisque praedictis reverendo rectore, Ioanne Paulo Bertoldi, Dominico Pelanda et Valentino Pasini consiliariis Belluni supplicantibus ex una et reverendo rectore Brentini ex alia, sibi resservavit decernere et decidere quid iuris et cetera post eius reditum Veronam, assignando utrique parti terminum dierum quindecim ad dicendum et producendum quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera.

Die sabbathi 21 iunii 1737. Honorifice sub baldachino ut ante receptus, illustrissimus et [159^v] reverendissimus dominus dominus episcopus ecclesiam parochialem adivit, quam per consuetas caeremonias ingressus est. Ante altare maius pias preces Deo optimo maximo fudit piamque emisit praeparationem pro celebratione missae; sacerdotalibus inde indutrus, sacrosanctum missae sacrificium peregit et paterna sua caritate quamplures utriusque sexus christifideles sacra Communionem refecit. Actis vero Deo optimo maximo debitis gratiis, aliquibus utriusque sexus christifidelibus petentibus Confirmationis sacramentum ministravit nec non piis numismatibus indulgentiam in articulo mortis ex indulto apostolico impartitus est. Interim illustrissimus dominus vicarius generalis diligenter perquisivit informationesque sumpsit de vita, moribus et diligentia in suo munere fungendo reverendi rectoris aliorumque sacerdotum a fide dignis hominibus communitatis et bene relatum fuit. Comparuit admodum reverendus dominus Christianus Scardoni, sacerdos de Roboreto Veli, rector huius parochialis ecclesiae Sancti Vigili de Brentino et ostendit bullas episcopales huius sui beneficii, per concursum obtenti iuxta formam [160] sacri Concilii tridentini, datas die 4 martii 1713; ostendit quoque libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum ac status animarum et ordinatum fuit ut infra. Similiter praesentavit policeas iuxta aedictum, in fine huius libri sub littera **P** repositas. Ordinata. Sacerdotes et clerici non admittantur ad levandum e sacro fonte nisi cum licentia episcopali in scriptis exhibenda et in filo servanda. Perquisivit an adsint publici peccatores, adulteri, uxurarii, haeretici vel suspecti de haeresi et duos tantum habuit adesse in Pascate inconfessos, de quibus ante dictum fuit. Expertus est obstetricem Dominicam viduam quondam Ioannis Iacobi Andreis de Brentino aetatis suae annorum 50 circiter de sacramento baptismatis in casu neccessitatis conferendo et bene instructam invenit. Comparuerunt reverendus dominus Hieronymus Dominicus Salvetti, sacerdos de Brentino aetatis suae annorum 38, confessarius cum mandato hodie ad annum confirmato; [160^v] reverendus dominus Sebastianus Sabainus de Caprino sacerdos, modo cappellanus ecclesiae Sanctae Mariae a Corona sub Brentino aetatis suae annorum 32; reverendus dominus Ioannes Franciscus Vallicella, sacerdos de Alphaeto, modo cappellanus ut supra aetatis suae annorum 29; reverendus dominus Michael Coltri, sacerdos de Pazzono, cappellanus praedictae beatae Mariae Virginis aetatis suae annorum 41 circiter, confessarius cum mandato ad annum die 18 iulii 1736 confirmato. Qui, debita cum reverentia, eorum ordinum requisita et respective mandata ostenderunt, visa et restituta. Porro illustrissimus et reverendissimus

dominus dominus episcopus, delegata visitatione simplicis ecclesiae beatae Mariae Virginis a Cereale infra limites Brentini hodie a prandio per suum illustrissimum dominum vicarium generalem facienda, de more cum recitatione *De Profundis*, suam pastorem visitationem huius parochialis ecclesiae Brentini absolvit et clausit. Subinde ad aedes parochiales se se restituit et prandium sumpsit. [161] Die antedicta 22 iunii 1737 post prandium. [A margine: *Beata Maria Virgo a Cereali*] Illustrissimus dominus vicarius generalis, ut ante delegatus, equitando se contulit ad visitandam simplicem ecclesiam sub invocatione beatae Mariae Virginis a Cereali in contrata Preabochi, infra limites parochialis ecclesiae Sancti Vigili de Brentino, quae de omnibus manuteneretur a communitate seu contrata Preabochi, ex redditibus bonorum eiusdem ecclesiae, quae eadem contrata possidet, quique si non sint satis ipsamet contrata supplet. Duo ibi vidit et visitavit altaria, scilicet: altare maius ligneum cum icone pariter ligneo et cum portatili, in quo duo sunt legata: alterum missae quotidianae, assignatae a quondam nobilibus Francisco et Augustino Brenzoni, quibus satisfit per reverendum dominum Christophorum Berghi, sacerdotem de Iudicaria tridentinae diaecesis cum suis dimissorialibus ad beneplacitum concessis, stipe percepta a nobili domino Vincentio Sanguinetto, successore dictorum quondam nobilium de Brenzonis; alterum missarum trium in qualibet hebdomada, institutum a quondam nobili domina [161^v] Laura Brenzoni Sanguinetti; ad harum missarum officiatorum titulum promotus fuit reverendus dominus Petrus Biroli, cuius loco illas celebrat reverendus dominus Hieronymus Dominicus Salvetti. Altare sancti Nicolai seu beatae Mariae Virginis Gratiarum, pariter ligneum cum icone et portatili, ut supra a communitate seu contrata Preabochi manutentum. Vidit suggestum, in quo aliquando concionatur feria sexta Quadragesimae ex devotione dictae comunitatis seu contratae. Duo vidit sepulcra, in quorum altero humatum est cadaver quondam reverendi domini Hieronymi Magnagnoli anno 1712 et in altero cadaver quondam nobilis dominae Laurae viduae quondam nobilis domini Francisci de Brenzonis anno 1713. Visitavit confessionale pro excipiendis sacramentalibus poenitentium confessionibus, in dicta ecclesia de licentia reverendi rectoris existens. Visitavit parvam sacristiam, a latere evangelii erectam et in ea sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae, sufficienter provisam [162] Vidit coemeterium contiguum dictae ecclesiae, in quo cadavera defunctorum dictae contratae humantur. *Ordinata*. Sacrae suppellectiles prout indigent laudabiliter sarciantur et decentiori cura teneantur.

Decretum. Comparuerunt homines dictae comunitatis seu contratae Preabochi et exposuerunt opportunum fore ad animarum salutem si in dicta ecclesia exercitium doctrinae christianae diebus festis haberi possit, de qua re humiliter supplicaverunt. Exposuerunt quoque campos quatuor cum prato de ratione dictae ecclesiae, a praedicta comunitate seu contrata possessos, ab ipsa quidem cum praesentia reverendi rectoris Brentini affictari per publicum incantum, sed neminem eligi et deputari qui affictus exigat, quod cum in damnum cedat, de opportuno remedio insteterunt. Demum exposuerunt diebus rogationum distributionem [162^v] fieri panis et vini et congruum esse, si quid superest, quartam partem eidem communitati seu contratae spectare, quod cum non servetur, reverenter insteterunt dictam quartam partem panis et vini eidem communitati seu contratae assignari et decerni et ita et cetera. Illustrissimus et cetera super antescriptis expositis et postulatis decrevit audiendum esse reverendum rectorem Brentini, quo audito productisque per dictos homines iuribus quibus et cetera, resservavit sibi dicere et decernere quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera. Quibus habitis et cetera. Porro absoluta pastoralis sua visitatione parochialis ecclesiae Brentini, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus statutum iter pro hac die ad parochialem ecclesiam Sancti Laurentii Piscantinae, receptis prius a reverendo rectore, clero et populo dicti loci Brentini eorum devenerationis gratique animi argumentis illisque benedictis, arripuit. Laetabundus Piscantinae populus occurrit et in primis militum agmina ordinate [163] disposita, militari apparatu tubis et frequentibus explosionibus, suam illustrissimam et reverendissimam dominationem susceperunt; deinde procerassionaliter populi devoto ac pio apparatu, una cum admodum reverendo archipresbytero et multo clero summo gaudio laudes spirituales decantantes; sic honorifice multa deveneratione susceptus et associatus, ad aedes parochiales ductus fuit, in quibus suam fixit mansionem; populo hinc inde genuflexo ac de eius adventu laetanti paterno amore benedixit. Post parum morae in praedictis aedibus deveneratus fuit ab admodum reverendo domino Rainerio Vicentino archipresbytero, clero dignioribusque comunitatis viris, quibus humanissime correspondit et quieti se tradens pernoctavit. [A margine: PESCANTINA] Die dominico 23 iunii 1737. Hac mane, volens illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus suum solemnem habere in ecclesiam parochialem ingressum, omnibus recte dispositis maximoque illuc convocato populo, sub baldachino a dignioribus comunitatis viris gestato receptus, deosculata cruce sibi ab admodum reverendo [163^v] archipresbytero oblata in limine domus parochialis honorifice apparatae, processionaliter consueto *Benedictus* cantico decantato, parochialem ecclesiam Sancti Laurentii Piscantinae adivit. In limine portae maioris sistens, aspergillo a reverendo archipresbytero porrecto populum aqua benedicta aspersit et thurificationis honorem ab eodem archipresbytero praestitum recepit. Ecclesiam subinde solemniter ingressus est. Ante altare maius genuflexus, preces Altissimo

fudit; interim consuetis peractis, altare ascendit et post antiphonam, Sancti Laurentii titularis decantata oratione, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam de suo mandato publicatam impartitus est. Ad sibi paratum tronum venit et, violaceis indutus paramentis, consuetas persolvit exequias in ecclesia et coemeterio pro defunctis. Depositis violaceis sumptisque apparamentis albi coloris, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in [164] tabernaculo marmoreo et pixide argentea intus deaurata sub sera et clavi tute et perpolite tentum. Sub hac cura animae quae sacram communionem suscipiunt 2000 numerantur, in totum autem 3800 computantur; lampas ante sanctissimum Sacramentum nocte dieque accensa manutinetur ab admodum reverendo archipresbytero; communitas vero providet de cereis. Habuit ex factis perquisitionibus sanctissimum Sacramentum debitis temporibus renovari; cum eodem die festo Corporis Christi honorificam et solemnem fieri processionem; omnia neccessaria et opportuna extare, scilicet baldachinum, umbellam, sex fanalia, parvam pixidem, turibulum aliaque decore parata, quae vidit, pro honorifica associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos; quod dum contingit defferi, convocatur populus pro ipso associando et associantibus impartitae indulgentiae publicantur. Extat societas sanctissimi Sacramenti, quae una cum communitate manutinet cereos pro Sanctissimo et intortitia. [164^v] Meditatur tamen eandem societatem meliorem in formam redigere ad maiorem Dei cultum. His actis, iterum praemissis adoratione, hymno et thurificatione, cum sanctissimo Sacramento populo benedixit et sanctissimum Eucharistiae sacramentum quampluribus utriusque sexus fidelibus ministravit. Reposito sanctissimo Sacramento, tronum acendit ibique piam pro missa celebranda emisit praeparationem; sacerdotalibus vero indutus, honorifica pompa sacrosanctum missae sacrificium peregit et subinde eucharistico Pane iterum nonnullos utriusque sexus christifideles refecit. Porro actis Deo optimo maximo gratiis, properata iam hora, in aedes parochiales se se recepit et prandium sumpsit. Die antedicta 23 iunii 1737 post prandium. Statuta hora per consueta signa convocato populo pro pio doctrinae christianae exercitio habendo, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, sub baldachino ut ante receptus honorificeque associatus, in parochialem ecclesiam descendit; qua per solitas caeremonias ingressa, [165] ante altare maius genuflexus pias Deo preces fudit. Subinde doctrinae christianae examini vacavit et quisnam cultus, quae diligentia et frequentia et quisnam ordo sit tam proficui et neccessarii operis recognovit. Porro quomodo edoctus sit populus et quae eiusdem peritia per examen perquisivit. Itaque et pueros et puellas atque adultos per multas interrogationes de mysteriis fidei aliisque principalioribus rebus ad aeternam salutem neccessariis bene edoctos cum gaudio animi sui invenit, ob comendabilem diligentiam admodum reverendi archipresbyteri; omnibus vero tam sanctum et salutare opus plurimum in Domino comendavit, ut per diligentem cultum ac frequentiam animarum fructus ad maiorem Dei gloriam magis magisque in dies surescat. Hoc pio exercitio expleto, pontificalibus indutus afluente utriusque sexus populo Confirmationis sacramentum magno cum incomodo magnoque amore ministravit. Defatigatus, in aedes parochiales se se recepit et quieti se [165^v] aliquantoque post pastorales suos labores asumens visitavit: [a margine: san Rocco] publicum oratorium sub titulo Sancti Rochi, in platea Piscantinae erectum, de ratione communitatis, ubi extat societas sub invocatione eiusdem sancti Rochi et sancti Michaelis arcangeli, a qua et communitate de omnibus manutinetur. Ibi unicum vidit et visitavit altare marmoreum cum portatili, super quo extat custodia, de licentia admodum reverendi archipresbyteri, in cuius manu servatur clavis, ad usum confratrum in solemnitatibus dictae confraternitatis. Ex legato quondam Antonii Peroni celebrat semel in mense archipresbyter et semel pariter in mense ex legato Rabuese; cappellanus vero dictae confraternitatis est reverendus dominus Franciscus Pontara, cum onere missarum septuaginta duarum. Aliud extat onus duorum officiorum in hebdomada sancta, alterum feria secunda et alterum feria tertia, ex legato praedicti Antonii Peroni. Visitavit quoque locum superiorem cum altare pariter marmoreo portatili munito, divo Rocho dicato, [166] ubi conveniunt confratres diebus festis, officium beatae Mariae Virginis aliasque pias orationes recitaturi iuxta eorum regulas et capitula approbata. Confratres implent modo numerum centum et induunt cappas nigri coloris gaudentque indulgentiis et gratiis ex aggregatione archiconfraternitati sancti Rochi de Urbe diei 6 octobris 1637. In supradicto oratorio retro altare in choro visitavit apparamenta et vasa sacra pro sacro faciendo, de quibus bene esse provisum cognovit et nihil ordinandum invenit. Actis itaque a confratribus cum deveneratione gratiis, idem illustrissimus et reverendissimus praesul se contulit ad visitandum: [a margine: Beata Maria Vergine Adolorata] publicum oratorium recenter a quinque circiter annis piorum eleemosynis a fundamentis erectum sub invocatione beatae Mariae Virginis Adoloratae. Est formae octangularis eleganter constructum et perpolite tentum, cum altari marmoreo portatili munito, patrocinio beatae Mariae Virginis dicato; in quo effigies beatae Mariae Virginis in muro picta multae devotionis [166^v] in decenti et honorifica area sub crystallis custoditur. Hic celebratur missa ex devotione tantum. Dictum oratorium et altare abundanter manutinetur piorum eleemosynis; ad custodiam eiusdem oratorii invigilat devotus heremita tertii ordinis sancti Francisci, frater Bonaventura Venturini aetatis suae annorum 50 circiter, de licentia episcopali ostensa, visa et restituta, qui inhabitat domum contiguum.

Visitavit duo confessionalia, ibi existentia de licentia et pro usu admodum reverendi archipresbyteri pro sacramentalibus christifidelium confessionibus excipiendis. Visitavit sacristiam contiguam, a latere epistolae et ibi sacras suppellectiles et vasa sacra, quam bene provisam invenit. Visitantes hoc oratorium die festo Patrocinii beatae Mariae Virginis et ibi confessi et communicati, iuxta mentem summi pontificis orantes fruuntur indulgentia plenaria, ut ex brevi pontificio diei 21 aprilis 1731 ad septennium concesso. Quibus habitis, cum nihil ordinandum invenerit, ad [167] aedes parochiales se se restituit et pernoctavit. Die lunae 24 mensis iunii 1737. Illustrissimus dominus vicarius generalis, summo mane a lecto surgens, in paratam rhedam ascendit et ad visitandas infrascriptas ecclesias seu oratoria se contulit. Itaque visitavit: [a margine: Beata Vergine Maria dell'Ospedaletto] simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub invocatione Purificationis beatae Mariae Virginis nuncupatae *dell'Ospedaletto*, infra limites parochialis ecclesiae Piscantinae erectum, de ratione nobilis domini comitis Georgii de Lisca, qui oratorium ipsum manutinet et onera legatorum missae unius singulis diebus festis et bis in qualibet hebdomada adimplere facit, cum possideat praedia contigua, dictae celebrationi et manutentioni obnoxio. Unicum extat altare, in mensa marmoreum in reliquis ligneum cum portatili et icone, in quo onera praedicta adimplentur per reverendum dominum Georgium Salaorni, sacerdotem de Velo aetatis suae annorum 40 circiter. Festum Purificationis beatae Mariae Virginis magno populorum concursu solemnizatur et utriusque sexus christifideles huc visitaturi [167] et praecaturi accedentes dicto die festo indulgentia plenaria fruuntur, ex brevi apostolico die 23 decembris 1734 ad septennium concesso. Vidit sacram reliquiam subuculae beatae Mariae Virginis in theca crystalina argento filigrana circumornata repositam intusque sigillatam, alias in curia episcopali repositam. Vidit confessionale, de licentia admodum reverendi archipresbyteri existens pro sacramentalibus fidelium confessionibus excipiendis. Visitavit sacristiam, a cornu epistolae erectam et ibi sacras suppellectiles ac vasa sacra, de quibus est abundanter provisa. Vidit campanile cum duabus campanis ac totam ecclesiam, picturis circum ornatam in muro depictis, passionem Domini nostri Iesu Christi representantibus. Visitavit locum contiguum cum quatuor lectis ad usum hospitalis inservientem, in quo pro dormitione hospitantur peregrini teutonici transeuntes e Germania in Italiam. Quibus habitis et cetera. Visitavit publicum oratorium seu simplicem ecclesiam [168] [a margine: Santa Lucia] divae Luciae dicatam, infra limites parochialis ecclesiae Piscantinae sitam, iurisdictionis tamen spiritualis et temporalis episcopatus Veronae, a quo et piorum eleemosynis manutinetur. Unicum habetur altare marmoreum cum portatili et imagine eiusdem divae Luciae ex ligno sculpta. Hic celebratur singulis diebus festis, stipe tradita ab illustrissimo et reverendissimo domino episcopo pro tempore, dicitur ex obligatione episcopatus, sed revera ignoratur an ex obligatione an potius ex pia antistitum consuetudine. Cappellanus modo est reverendus dominus Franciscus Dompieri, sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 26. Haec ecclesia est consecrata, sed ignoratur dies consecrationis. Habetur campanile cum unica campana et coemeterium contiguum, in quo tumulantur cadavera inhabitantium in dicto loco. Visitavit sacristiam retro altare existentem et sacras suppellectiles ac vasa sacra, de quibus sufficienter est provisum. In domo contigua haeremitica inhabitat devotus heremita [168^v] tertii ordinis sancti Francisci, frater Michael Bonetti, aetatis suae annorum 58, qui de licentia episcopali invigilat ad custodiam dictae ecclesiae. Quibus habitis et cetera. [a margine: San Michel] Visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub titulo Sancti Michaelis, in contrata de Arcè infra limites parochialis ecclesiae Piscantinae erectum, quod gubernatur et manutinetur a societate sanctorum Michaelis et Rochi de Piscantina praedicta, ex redditibus huiusmodi oratorii perceptis a prato et aliquibus moris iacentibus circum ipsam ecclesiam et ex redditibus et pietate confratrum antedictae societatis, quoties redditus praenarrati non sufficiant. Unicum ibi vidit et visitavit altare cum portatili et icone, quod ex marmoribus reedificatur et in mensa iam constructum est. Hic ex devotione celebratur singulis diebus festis, cuius celebrationis cappellanus est reverendus dominus Thomas Sebastiani, sacerdos de Arcetto praedicto aetatis suae annorum 30 circiter. Unica extat campana. [169] Retro altare visitavit sacras suppellectiles et vasa sacra pro sacrificio missae, de quibus sufficienter provisum esse vidit. Quibus habitis, ad aedes parochiales se restituit et, una cum illustrissimo et reverendissimo domino episcopo, negotiis pastoralis visitationis vacavit. Illustrissimus vero et reverendissimus dominus dominus episcopus, honorifice ut ante sub baldachino receptus et associatus, ad parochialem ecclesiam venit; quam per consuetas ceremonias ingressus est et, ante altare maius facta sanctissimi Sacramenti adoratione, piam pro celebratione missae praeparationem emisit; sacerdotalibus paramentis indutus, sonantibus organis tubisque clangentibus, sacrosanctum missae sacrificium peregit et suis manibus paterno amore nonnullos utriusque sexus christifideles sacra Communione refecit. Porro actis Deo optimo maximo debitis gratiis, suae pastoralis visitationis muneri incumbens, visitavit, praemissa thurificatione, sacram reliquiam, de ligno scilicet sanctissimae Crucis Domini nostri Iesu Christi, in parva crystallina cruce argento [169^v] ornata custoditam, quam munitam invenit sigillo et suo pubblico documento diei 12 martii 1735, in hac curia episcopali Veronae recognito. Sacras reliquias, scilicet sacram particulam subuculae beatae Mariae Virginis, in theca crystalina servatam; sacram particulam

ex fune sancti Antonii patavini, in theca crystalina custoditam; sacras particulas ex ossibus sancti Laurentii levitae et martyris, in theca ex auricalco repositas. Quas sacras reliquias suis documentis munitas visis et restitutis recognovit et vidit arcam a latere epistolae altaris maioris eleganter constructam et stucchi ornatam, in qua eadem sacrae reliquiae sub clavi custodiuntur. Visitavit olea sancta, in simili arca a cornu evangelii altaris maioris in vasis argenteis et stanneis sub clavi bene custodita, quae Veronae a cathedrali quotannis percipiuntur. Sacrum fontem baptismalem, in cappellula a latere evangelii versus finem ecclesiae et ianuam [170] maiorem erectum, rastris ferreis clausum et sub clavi custoditum. Altare maius, ex marmoribus elaboratum cum portatili et icone in choro existens, recenter stucchi ornato; manutinetur a communitate et nullum missarum onus ibi adesse assertum fuit. Retro altare vidit chorum scamnis nuceis circum ornatum. Altare alias sanctorum Petri, Pauli et Hieronymi, modo sancti Ignatii Loiolae ligneum cum portatili, olim de ratione nobilium dominorum comitum de Sancto Sebastiano, ad praesens vero de ratione domini Ioannis Baptistae Salvi, ad quem manutentionis onus spectat. Ibi celebratur ex devotione, cum non constet missarum legata extare. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii ex marmoribus constructum, cum portatili et effigie beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta, in arca marmorea sub crystallis honorifice servata. Hoc altare manutinetur a societate eiusdem beatae Mariae Virginis, quae habet redditus et onera ut in policea exhibita, [170^v] videlicet: afflictum ducatorum 25 cum onere missarum sex quolibet anno, ex legato quondam Bartholomaei Butturini; afflictum ducatorum 25 cum onere missarum trium singulis annis, ex legato quondam Heremitaie Iacopini; afflictum librarum 29.4.6 cum onere officii missarum 12 ex legato quondam Rasoli, super quo, cum aliquando contingant expensae ob renovationem investiturae capitalis ita ut redditus oneri non equivalenceat, de opportuno remedio ut in dicta policea sub littera Q reposita institutum fuit. Illustrissimus vero et reverendissimus praesul decrevit ut testamentum et opportuna documenta exhibeantur, quo facto decernit quidquid et cetera et ita et cetera, omni et cetera. Altare sancti Laurentii et sancti Nicolai, marmoreum cum portatile et icone nec non effigie sancti Nicolai ex ligno sculpta auro linita; de omnibus decore manutinetur a societate sancti Laurentii et ab arte nautica seu societate sancti Nicolai dicti loci Piscantinae, in quo celebratur ex devotione. Altare sanctorum Antonii, Caroli et Ioannis Baptistae, marmoreum [171] cum portatili et icone, de ratione communitatis Piscantinae, a qua de omnibus manutinetur. Ex legato quondam Ioannis Peroni, in actis Turrisendi 1726, hic singulis diebus festis celebratur missam, quam modo celebrat reverendus dominus Bartholomaeus Biasi, sacerdos de Piscantina; de dicto vero legato constat ex lapide muro affixo a latere dicti altaris. Quoad officium, admodum reverendus archipresbyter habet onus missarum sexaginta ex legato Dusi, ut patet ex lapide in nova sacristia, ad futuram et perpetuam rei memoriam apposito. Visitavit confessionalia, in ecclesia disposita pro excipiendis paenitentium sacramentalibus confessionibus; totam ecclesiam et coemeterium ante ecclesiam existens; nec non vidit organa et sugestum, in quo tempore Quadragesimae concionatur per electum et missum ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo veronensi. Porro haec ecclesia parochialis Piscantinae est sub titulo Sancti Laurentii neque est consecrata, cum nullum signum nullumque documentum ac memoria id doceat. [171^v] Visitavit sacristiam, a latere evangelii altaris maioris sitam, quae adhuc est in aedificatione viditque ac visitavit sacras suppellectiles ac vasa sacra pro celebratione missae sacrisque functionibus peragendis, de quibus abunde provisum esse cognovit. Quibus absolutis, hora iam properata, in aedes parochiales se se recepit et prandium sumpsit. Die antedicta 24 iunii 1737 post prandium. Multo affluente populo, vespere solemner decantatis a clero huius parochialis Piscantinae, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, cum quamplurimi utriusque sexus christifideles Confirmationis sacramentum peterent, honorifice sub baldachino receptus, ad ecclesiam venit, qua de more ingressa et Altissimo piis precibus fuis, pontificalibus indutus fuit et dictum Confirmationis sacramentum magno cum labore et amore ministravit. Defatigatus, ad aedes parochiales reversus est et aliquantulum quieti indulsit. Subinde recreationis gratia multo praeunte et subsequente populo, ad suae iurisdictionis episcopalis in spiritualibus et temporalibus [172] locum Sanctae Luciae de Pullo se contulit. Porro ad aedes parochiales restitutus, incoenatus pernoctavit. Die martis 25 mensis iunii 1737. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, priusquam personali huius cleri visitationi vacaret, sua pietate motus, decantatae missae solemni pompa interesse voluit et aliquibus utriusque sexus christifidelibus humiliter petentibus suo paterno amore Confirmationis sacramentum ministravit. His peractis, ad domum parochialem se se restituit et, suae pastoralis visitationi vacando, pro tribunali sedit, coram quo comparuit admodum reverendus dominus Raynerius Vicentini, sacerdos veronensis aetatis suae annorum 63 circiter, archipresbyter huius parochialis ecclesiae Sancti Laurentii de Piscantina, quam obtinuit per concursum iuxta formam sacri Concilii tridentini cum bullis episcopalibus diei 17 iunii 1707, quas ostendit et simul ostendit libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum et status animarum, bene tentos ac dispositos. Insuper praesentavit policeas iuxta aedictum, [172^v] quae in fine huius libri sub littera Q repositae sunt. Interrogatus vero de suo clero et populo, de omnibus bona verba dedit. Subinde comparuerunt infrascripti

sacerdotes et clerici, suam illustrissimam et reverendissimam dominationem devenerantes, qui sua requisita et mandata respective ostenderunt, scilicet: reverendus dominus Dominicus Danesi, sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 41 circiter, confessarius cum mandato ad annum concessio. Reverendus dominus Matthaeus Cavatoni, sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 41 circiter, confessarius cum mandato ad annum concessio. Reverendus dominus Buttura Ventura Butturini de Piscantina, aetatis suae annorum 33 circiter. Reverendus dominus Franciscus Pontara, sacerdos confessarius cum mandato ad annum aetatis suae annorum 34 circiter. Reverendus dominus Ioannes Bellotti, simplex sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 32. Reverendus dominus Franciscus Dompieri, simplex sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 26 circiter. Reverendus dominus Dominicus Bonzanini, simplex sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 33. Reverendus dominus Antonius Pinaroli, simplex sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 24. Reverendus dominus Laurentius Quarella, simplex sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 24. Reverendus dominus Nicolaus Calabrese, simplex sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 24 circiter. Reverendus dominus Thomas Sansebastiani, simplex sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 31 circiter. Reverendus dominus Dominicus Benvenuti, simplex sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 35. Reverendus dominus Dominicus Pornè, de Piscantina, simplex sacerdos aetatis suae annorum 24. Reverendus dominus Bartholomaeus Biasi, simplex sacerdos de Piscantina, aetatis suae annorum 33. Reverendus dominus Ioannes Baptista Ganassini, de Piscantina, confessarius cum mandato ad annum aetatis suae annorum 33 circiter. Reverendus dominus Franciscus Oliboni de Piscantina sacerdos, [173^v] cappellanus curatus de Bure, cum mandato ad annum, aetatis suae annorum 30 circiter. Reverendus dominus Bernardus Giacomini de Piscantina aetatis suae annorum 46 circiter, sacerdos a divinis suspensus et cetera; quem a suspensione, attentis relationibus et attestationibus admodum reverendi archipresbyteri, liberavit, cum hoc tamen quod solvat ducatos viginti fabricae cathedralis applicatos et per decem dies peragat exercitia spiritualia. Venerabilis clericus diaconus Laurentius Quarella de Piscantina, aetatis suae annorum 24 circiter. Venerabilis clericus diaconus Simon Peroni de Piscantina, aetatis suae annorum 23 circiter. Venerabilis clericus subdiaconus Antonius Butturini de Piscantina, aetatis suae annorum 22 circiter. Venerabilis clericus subdiaconus Franciscus Benvenuti de Piscantina, aetatis suae annorum 22 circiter. Venerabilis clericus subdiaconus Ioseph Zanoni de Piscantina, aetatis suae annorum 22 circiter. Venerabilis clericus in habitu Ioannes Maria, f ilius domini Federici Bonvicini de Piscantina aetatis annorum 17 circiter. [174] Venerabilis clericus in habitu Laurentius filius Francisci Bernardoni de Piscantina, aetatis annorum 20 circiter. Demum a fide dignis testibus diligentes informationes sumpsit de vita et moribus sacerdotum et clericorum dicti loci nec non admodum reverendi archipresbyteri ac de eius diligentia in parochiali munere fungendo, de quibus omnibus bene relatum fuit ac praecipue multa cum laude de admodum reverendo archipresbytero. Quapropter, cum et ipse occularitet cognoverit merita eiusdem admodum reverendi archipresbyteri, decrevit ut sequitur. Cum nobis in hac nostra visitatione parochialis ecclesiae de Piscantina inotescant merita admodum reverendi domini Rainerii Vicentini, eiusdem ecclesiae archipresbyteri, ob praestitam curam per triginta annos multa diligentia, zelo et amore et volentes ipsius meritis aliquo praemio respondere, eundem adeo benemeritum archipresbyterum Rainerium, de cuius fide, scientia et prudentia plurimum in Domino confidimus, motu proprio in vicarium nostrum foraneum cum omnibus honoribus et oneribus quibus vicarii nostri foranei utuntur et fruuntur elligimus [174^v] et deputamus, suae parochialis ecclesiae illam a subiectione vicariae foraneae Palatioli subtrahendo et ipsi subiiciendo cum omnibus eius curatis, cappellanis, sacerdotibus et clericis, mandantes relaxari mandatum in forma et cetera et ita et cetera, omni et cetera. Quibus absolutis, prandium sumpsit. Die antedicta 25 iunii 1737. Clausa de more sua pastoralis visitatione receptisque cum veneratione multiplicibus admodum reverendi archipresbyteri, cleri et populi Piscantinae amoris et grati animi monumentis de paterna visitatione huic parochiali suisque animabus impartita, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, postquam benigne omnibus corresponderit hortatusque fuerit ut enixe in vinea Domini laborent pro maiori Dei gloria animarumque profectu, sua benedictione impartita, cymbam honorifice sibi paratam, inter communes populorum aplausus, cum sua familia conscendit et Veronam iter direxit suaeque ressidentiae incolumen – Deo dante – se se restituit.

[175] Termini generales assignati pro exequendis ordinationibus. Pro illis quae spectant ad sacramenta terminum statuit duorum mensium. Quatuor pro illis quae sacristiam et altaria respiciunt. Sex vero pro illis quae fabricam et ecclesiam concernunt.

Taxa. Pro quaque persona et quoque pasto lirazze 2; pro quoque equo et quaque die, lirazze 1.10.

Et expeditae fuerunt copiae ordinationum cuilibet reverendo paroco, ad hoc et cetera.

[Nota: da questo punto iniziano le pagine di documenti presentati dai rispettivi parroci; sul manoscritto sono prive di numerazione, perché si tratta di fascicoli distinti. Per favorire la lettura, si è provveduto ad una numerazione a matita, senza calcolare le numerose pagine bianche]

[176] AA – Parochialis ecclesiae Sanctae Mariae de ALBARETO

[177] Relatio parochialis ecclesiae Sanctae Mariae Albareti veronensis diaecesis. Die 3 maii 1737 in visitatione praedictae parochialis Albareti producta fuit per admodum reverendum dominum Michaellem Sasselli, sacrae theologiae doctorem, archipresbyterum eiusdem parochialis Albareti, parendo et cetera.

[178] 1737. Pieve d'Albaretto e sua rellacione. Poiché il Signor, per sua divina misericordia, si è degnato concedere a me il vedere terminata la nuova chiesa della mia pieve d'Albaretto, così ho stimato mio debito supplicare l'illustrissimo e reverendissimo monsignor Giovanni Bragadino vescovo di Verona portarsi a solenemente benedirla, nel quale incontro ho fatta anche istanza perché siegua la pastorale visita, della quale sembrava a me fosse bisogno per gloria d'Iddio, salute delle anime e beneficio della Chiesa stessa. Esauditi i miei votti, con tutta la sacra pompa è seguita gieri tale funzione, che ha meritata la piena lode di sua signoria illustrissima e reverendissima, che si è protestato di non avere fatto né mai più sperare di fare la simile o sia riguardo il concorso quasi innumerabile di popolo e alla [179] singolare pietà con che fu celebrata; quindi, perché a posterì ne rimanga qualche memoria, mentre ne libri della chiesa per lo più svaniscono tali lumi, mi fu comandato da questa sede vescovile darne colla presente qualche raguaglio. Dirò dunque che nella mattina di gieri 28 aprile 1737, levato dalla residenza parochiale il prelato allo sbarro de mortari, col suono delle trombe e tamburi, fu dalla cinturia de soldati (cernide?) d'Albaretto, preceduta da loro ufficiali a bandiere spiegate, condoto al luogo della fabricha. Quivi arivato, la benedì in pontifichale, servito da due arcipreti e, celebrata la santa messa, fu da me Michiele Savelli recitata in pulpito un oratione che anche è uscita alla luce. Nel doppio pranzo, ordinata una divota processione per il solenne trasporto de santi sacramenti, che nel tempo della fabricha si custodirono nella chiesa della Disciplina, entro i limiti della mia parochia. Ivi convocato il popolo e quella principiata, precedeva il crocifisso, [180] portato da un sacerdote con cotta e stola, accompagnato da due chierici colle torcie accese. Seguivano i ragazzi custoditi da loro maestri, intuonando le lodi della dottrina christiana, indi due scabelli coi santi Pietro martire e Rocho protetori della comunità. Doppo questi, un confallone colle done maritate che recitavano il rosario, altro confallone colle putte, dalle quali portata sopra nobile e ben adornato scabello la santissima Vergine, rippetevansi le sue lettanie; disposti in buona ordinanza per ogni cinquanta done altri confalloni; quindi principiavano li huomini, precedendo a capo colla sua croce una compagnia laichale di cento confratelli vestiti co loro abiti e con lumi accesi, da quali dicevasi il salmo *Miserere*; trenta sei principali della comunità, tra quali vi erano molti cavaglieri, tutti con torcio acceso; ultimamente un richo stendardo, con fanali et il clero. La disposizione de sacerdoti era così: parati tutti colle loro tonicelle, trasferivano parte i sacri aredi e parte i sacramentali, a destra l'aqua del santo battesimo, a sinistra l'oglio santo. Chi portava una reliquia, chi l'altra, [181] chi una tabella, chi una tovaglia, chi la croce, chi il messale et cetera, tutti non meno composti nell'esterno che inteneriti nel cuore, cantando il *Pange Lingua* accompagnavano l'augustissimo Sacramento, che incensato da quatro chierici era portato sotto d'un bellissimo baldachino da sua signoria illustrissima e reverendissima, con diachono, sudiachono et altri sacerdoti che sostenevano il baldachino stesso; a destra et a sinistra lo scortavano i soldati armati; finalmente proseguiva il popolo tutto, ascaso al numero di 18 milla e più persone. Terminata una sì piissima funzione, che haverebbe intenerito ogni più duro cuore et aperta nella mattina seguente la visita, mi comandò monsignor dover accenare il modo e l'arte colla quale nel breve spacio d'un anno ho eretta da fondamenti la nuova chiesa et insieme espore tutti i lumi e raggioni della medema. A questa risposi come siegue, il tutto attestando con solenne giuramento, tacto pectore more sacerdotali et cetera. Venuto al possesso del beneficio d'Albaretto l'anno 1730, vi trovai in ruina non solo la chiesa, ma ancora la residenza parochiale, senza aredi li altari, sprovista la sagristia e che minaciava caduta da ogni lato il deforme tempio, [182] dissi deforme, perché lungo piedi quaranta otto, largo piedi quaranta cinque, alto soli piedi dodici, avendo più la divisa di luogo profano ad uso di casenove che sacro al culto d'Iddio. Basti il dire che era così sordido che ben di sovente sul pavimento si vedevano camminare et anche sopra li altari si ritrovavano i bissi. Non inferiore era lo statto della casa, la quale doppo fabrichata la chiesa, da me è statta restaurata per la venuta di monsignor in tutte le sue parti, provedute le nuove vetriate che prima erano di carta, salizata o sia intavellata da basso, levate scale che la diformavano, messi nuovi solari, travi e fabrichata una barchessa a comodo delli arcipreti, quale prima era di paglia. Ritrovato dunque il mio beneficio in uno statto così miserabile, per allettare il popolo a coadiuvarmi nella vigna del Signore, risolsi supplicare monsignor Trevisani di beata memoria, allora vescovo, a darmi la permissione di predichare nella Quaresima e così, risparmiato lo stipendio del predicatore, me ne servii per fare un orologio sopra il campanile, a publico commodo. Davantaggio m'inoltraì con altre [183] spese alli altari, provedendoli di tovaglie, cuscini, fiori et cetera; alla sagrestia col fare pianette, camisi et un ostensorio

